

**Noctiluca marina ... / publice ventilandam sistit Carolus Frid. Adler.**

### **Contributors**

Adler, Carl Fredric, 1720-1761.  
Linné, Carl von, 1707-1778.  
Uppsala universitet.

### **Publication/Creation**

Upsaliae : Excudit Laur. Magn. Höjer, [1752]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ymjed393>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



8  
NOCTILUCA  
MARINA,

QUAM

CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED.  
IN REG. ACAD. UPSALIENSI,

SUB PRÆSIDIO

*VIRI NOBILISSIMI & EXPERIENTISSIMI*

D. D. CAROLI  
LINNÆI,

S:Æ. R:Æ. M:TIS. ARCHIATRI,

MED. ET BOTAN. PROFESS. REG. ET ORD.

ACAD. IMPER. N. C. MONSPEL. BEROL. TOLOS.

STOCKH. ET UPSAL. SOCII,

PUBLICÆ VENTILANDAM SISTIT

CAROLUS FRID. ADLER,  
HOLMIENSIS

IN AUD. CAROL. MAJ. D. ~~vi~~ JUN. A. MDCCLII.


HORIS ANTE MERIDIEM SOLITIS

---

UPSALIÆ

EXCUDIT LAUR. MAGN. HÖJER, REG. ACAD. TYP.





TABULA exhibet vermem oculo armato de-  
lineatum, qui ipse tam parvus est, ut vix lineam  
attingat.



à MONSIEUR  
COLIN CAMPBELL

CONSEILLER de Commerce,  
DIRECTEUR de la compagnie des Indes.

à MONSIEUR  
WILHELM LAGERSTRÖM,

CONSEILLER de Commerce,  
DIRECTEUR de la Compagnie des Indes.

à MONSIEUR  
ABRAHAM GRILL,

MARCHAND,  
DIRECTEUR de la Compagnie des Indes.

à MONSIEUR  
NICOLAS SAHLGREN.

MARCHAND,  
DIRECTEUR de la Compagnie des Indes.

à MONSIEUR  
ANDR. PLOMGREN,

MARCHAND,  
DIRECTEUR de la Compagnie des Indes.

à MONSIEUR  
CLAES GRILL,

MARCHAND, Propriétaire de Mines,  
DIRECTEUR de la compagnie des Indes.

MESSIEURS



## MESSIEURS


**L**E Monde sçavant vous est redevable du plaisir qu'il a de se voir enrichi de quantité d'Experiences interessantes, & des belles collections dans L'histoire Naturelle. C'est pour le service de la Patrie que vous risquez vos biens; car qui peut nier, qu'un Commerce avantageux ne soit un moyen sur de faire fleurir un Etat. Puis-je avoir oublié, que c'est presque à Vous seuls que je suis redevable de ma fortune, & de la satisfaction que j'ai eu de contempler les merveilles de la nature dans les païs les plus reculés. Agréez donc comme une marque de ma reconnoissance cet aveu, qui laisse entrevoir en même tems combien les sciences ont tiré d'utilité de la navigation. En Vous souhaitant toutes sortes de prospérité, je regarderai comme mon bonheur de posséder Vos precieuses bienveillances, & comme un honneur de pouvoir me dire

## MESSIEURS

Votre tres humble & tres obeïssant  
serviteur.

CHARLES FRID. ADLER.





## PROLOGUS.



Um, annis præterlapsis 1748 & 1749, vastum illum, simul & infestum Oceanum transirem, qui diffitas Chinæ oras alluit, varias res, cum antea incognitas, tum visu mirabiles, meis oculis cernere contigit, quarum omnium illud non prætereundum censeo, quod, nocturno tempore, aqua maritima, permodum scintillarum, non raro nituerit, ut si in undis & flammis igneis navigaremus.

Hoc monstrum sedulo quidem sum admiratus, tantum tamen abfuit, ut causam hujusce indolis detegere valuerim, ut potius opinioni nautarum indulgere coactus fuerim, qui ignem illum Typhonicos præfagire ventos superstitiose conjecturabant.

Hæc ergo res tantis involuta tenebris, eadem illa materies est, cujus ego, primas jam lineas ducere, speciminisque loco, publico examini subjicere mecum constitui; Sic navita de ventis.

A. Ω.

§. I.

**M**are, quod terræ mater merito salutetur, minorem non possidet Animalium mirabilium numerum, quam suo portat gremio filia. Producit quippe maximas Balænas, voracissimos Squalos, & in-

A



innumerabilia reliqua piscium mirabilium genera, quæ certius vidit, quam feliciter depinxit *Valentyn. franc. in sua Ind. Orient.* In aqua sua quasi acceperunt domicilia communia, Vermes, exceptis solummodo quibusdam limacibus & cochleis, quæ in humidis vivunt umbris, suntque hi vermes numero forte non minores ac insecta, quod de Testaceis vidimus.

§. II.

In sensus humanos res majoris molis primum semper incurrunt; reliquæ autem minores, tanquam nullius pretii & utilitatis, spernuntur; cum tamen rerum natura nunquam magis, quam in minimis tota sit. Hinc prisce ævi homines res majores perpenderunt, minimas vero, ut nullius fere usus, nobis reliquere; Interea tamen laudatissimi nostri temporis Botanici, qui intra seculum & quod excurrit, doctrinam Botanicam absolverunt, etiam minimos muscos justa lance pensitarunt, qui in respectu herbarum, utvilissimi vermes ad animalia sunt considerandi.

§. III.

Vermium historia est profecto stupenda; *Trembleus*, *Reaumur* alique jam ante decennium, orbi demonstrarunt primum admirabiles illos POLYPOS eorumque proprietates. *D. ni Jusseus* & *Donatus*, intra ejusdem temporis spatium, illos detegere cœperunt vermes, qui CORALLIA fabricant; sic qui justa quadam curiositate res stupendas videre cupit, in maris inferiora descendat, necesse est, & inter vermes.

§. IV.

Ad fulgorem aquæ marinæ quod attinet, hujus rei solidam non habuimus experientiam ante annum



1750, cum plenam occasionem naturæ peritis dederunt Itali. Horum, in scrutandis naturæ prodigiis, diligentia non minima fuit in præteritis temporibus, ut nec ultimum jam, de historia vermium, locum merentur. Antiquiores illos, IMPERATUM loquor, COLUMNAM, ALDROVANDUM, BOCCONEM sicco, quod ajunt, ut prætereamus pede, nobis recordari sufficiat inter recentiores: BONANNI Recreationem mentis & oculi. *Romæ 1681*

MUSEUM Kirkerianum *Romæ 1709. fol.*

VALISNERII Opera Physico Medica. *venet. 1733. fol. vol. 3.*

PLANCI *Librum de conchis minus notis. venet. 1739.*

GVALTIERI Indicem Conchyliorum. *Florent. 1742.*

DONATI Historiam Naturalem maris Adriatici *Vened. 1750.*

Quorum omnium opera novis & perspicuis vermium observationibus impleta sunt.

#### §. V.

Quod fulgorem nitoremque suum noctibus persæpe, tam late spargat aqua marina, quoad oculis illum cernere est possibile, præsertim undique circa navem, inque æstuantibus & squalidis undis, res est, non recentibus solum, verum antiquissimis, notissima.

#### §. VI.

VETERES, rerum non satis periti, & monstra è longinquo, h. e. ad corticem solummodo intuentes, illa sæpe fabulis mirabilibus declarare tentarunt. Sic ignem, jactata navi per turbines venti & aquæ, funibus & aplaustris adpersum, nec non



ignem, noctibus tenebrosis, in mare ferventi lucentem & non urentem, *Castorem* nominarunt & *Pollucem*, quos in Deorum numerum posuerunt, ut *Plin. Lib. II. Cap. XXVIII.*

§. VII.

**PHYCICI** postmodum inter Meteora illum assumerunt, usque ad D's **VIANELLI** in suo *Nouve scoperte intorno le luci notturne dell aqua marina. Venet. 1749. p. 28 Tab. I.* lumen hocce ex infinita minimorum vermium multitudine causari demonstravit, qui inermibus oculis vix cerni possint.

§. VIII.

Hos novos & mirabiles vermes nuper D's **GRISELINUS** *Observations sur la Scolopendre marine luisante. Venet. pag. 32 tab. 2.* accuratius exploravit, descripsit & depinxit, auxilio Illustrissimi, nec non, Scientiæ Naturæ maxime Eruditi, Equitis Gener. D. *ae.* **RATHGEL**, Ministre pour. L. L. M. M. Imperiales, resident aupres de la serenissima Republ. de Venise, membr. de la Societ. Royale d'Upsal, cujus labore & industria factum, ut notitiam novi vermis, mare illuminantis, sibi acquisiverit orbis curiosus. Hic vermis f. *Scolopendra marina lucens* ejusdem est generis, quod Nob. D. *Præses* in suo *Syst. Natur. edit. Holm. p. 72.* sub nomine **NEREIS** in lucem protulit.

§. IX.

Inter res quæ propriam lucendi vim habent, absque mutuatione ab aliis, numerantur: Sol & Stellæ Ignis ordinarius, ignis **ELECTRICUS**,  
arte



arte & frictione productus, ignis sacchari & lapidis Calaminaris ex contritione, pili variorum animalium ut Equorum & Felium cum dorfa manibus illinentur, PHOSPHORI artificiales, diverso modo à Chymicis præparati, caro vitulina cum in cellaria, per aliquot dies, retinetur; pisces aliqui, ut *Scomber*, *Gadus*, *Clupea*, qui mortui aliquando in tenebris lucent, ossa *Esocis* Acus dicti, BYSSUS VIOLACEA lignis adnascens, sive ugle wed. *Flor. svec. 1130*, LAPIS Bononiensis & MURIA lapidea, *Syst. Natur. 164*, varia animalia viva, ut CICADA Laternaria. *Faun. Svec. 645. Act. Stockh. 1746. p. 60.* SCOLOPENDRA, *Faun. svec. 1261.*, CANTHARIS *Faun. svec. 584.*, oculi quarundam ferarum, ut *Luporum*, *Bubonum* aliarumque; præcipue vero lumen ejusmodi vermicibus marinis inest, ut SEPIÆ speciebus \*), CONCHÆ valvis hiantibus Chamæ vulgo dictæ, & DACTYLI \*\*) Balani etiam aliquid luminis habent noctibus, in aëre frigido. FUCUS pennam referens, quem piscatores Algerenses interdum retibus extrahunt, suum nocte lumen spargit Cicindelæ instar, ut proximiores pisces dignosci possint.

Nereides Sertularia fabricantes, ut & nostra si non totum, at certe partem luminis spargunt.

§. X.

---

\*) Plin. libr. IX. Cap. LI. Dactylis est natura in tenebris, remoto lumine, alio fulgore clarere, & quanto magis humorum habeant, ludere in ore madentium, lucere in manibus, atque etiam in solo & veste, decidentibus guttis.

\*\*) Apertis cultro anatomico Polypis, tantus effulcit splendor, ut remota tempore vespertino candela, Pala-



## §. X.

Ad Chinam cum proficiscebatur B. m. Tårnström nostras, qui anno 1746 proh dolor! ad Poli Candor d. 5. Decembris obdormuit, varia, noctibus in mare Indico, lumina lucentia videbat, quæ Asterias sive Medusas esse opinabatur, sed cum ejusmodi venenatum ut putabant animal in navem demittere non passi sint superstitiosi nautæ, in tenebris illud relinquere cogebatur.

Idem illud animal in itinere meo anxie quidem quæfivi, sed res ad votum non evenit, aliis ergo exploratu relinquendum; utrum Josephi Baharas hoc sit an non, alios inquirere concedam. Sæpe cum maris profunditatem mensi fuerint nautæ, videbam particulas aliquot, stellarum instar luminantium, minimæ magnitudinis, funiculo retracto affixas adhærere, quæ simul ac in auras venere, statim perierunt quæ quidem vermes proprii sui generis procul dubio fuere.

## §. XI.

Sic lectorem meum ad contemplationem animalis cujusdam de novissimis Orbi cognitis, quod in tenebris lucet, excitare mihi contigit; eam tamen controversiam non meam facio: utrum omnis  
aqua

---

tium Pisanum tum temporis assignatum, ardere videretur ut intranti subito timorem incuteret. Lumen maximum quoddam sub cute latens, non caro ipsa emisit, & quo vicinior putedrini piscis, eo luxit ardentius. Ungvibus digitisque pisci admotis, ita splendor adhæsit, ut quasi totidem stellis singuli fulgerent. Barthol.



aqua maris illo luceat, an proprio suo Sal gaudeat lumine; etenim me non fugit Dm. *le Roy* Parisinum demonstrare tentasse aquam marinam de se ipso lucere, idque sequentibus argumentis: æstuantes maris fluctus lucidi, ampla illius superficies noctu sæpe fulgens, vestigia navium corusca, ipsam navem circumfluentes undæ, radiosa remigia, quorum pars immersa splendet emersa, aqua marina cum in tenebris effunditur, quasi lumine plena, linteum guttis ejus irrotatum, postea manibus fricatum, per spatia irradians, cujus rei nuperrime per literas ad Nobilissimum Dn. Præsidentem mentionem fecit Gallia Decus.

## §. XII.

Omittamus istud Problema, an aliis quam vermibus luceat aqua marina, interea omnem nobis sustulerunt dubitationem oculatissimi Itali, quod de vermibus illam lucere possibile sit; & ut minimi sint in mundo, ita eos innumerabiles credimus, quia quo minor est species creaturarum, eo major ejus multiplicatio.

## §. XIII.

Cum jam Italogum libri in Historia Naturali ad nostras haud semper perveniant regiones, dulce mihi erit officium, animal tam novum tamque multiplex curiosis naturæ cultoribus iterum proponere: quo nostrates excitenter ad examen hujus phœnomeni, ideoque etiam D. Grisellini descriptionem & figuram hic adjiciam:

NE-



NEREIS phosphorans

Luccioletta dell' aqua marina *Vianelli.*

Scolopendre marine Luilante *Grisellini.*

CAPUT subrotundum, depressum rostro acuminato.

TENTACULA duo, breviora, subulata.

OCULI duo, prominentes, ad latera capitis.

CORPUS constans segmentis viginti tribus, versus posteriora sensim minoribus; singula Segmenta ad latus instructa Apice conico, truncato, denticulato, e quo prodit Fasciculus pilorum, sub singulo fasciculo pilorum producitur *filamentum* pedes mentiens, subulatum, flexile, inerme.

COLOR animalculi hyalinus, pellucidus.

*Magnitudo* vix duas attingit lineas.

*Habitat in plantis marinis, ut in Fucis & Algis, sepe etiam plantas relinquit, & per maris superficiem vagatur*

§. XIV.

Omni anni tempore animalculum hoc frequens est, præsertim vero tempore æstivo & imminente tempestate, tunc enim ob inquietudinem veluti suam majus lumen spargit. Ventis ab australi Euro ad Eurum spirantibus præcipue lucet. Majorem etiam lucendi vim habere videtur noctibus hiemalibus, cum dies calidus præivit. Si aqua de his vermibus lucens, vasi quodam inclusa, tepida teneatur usque ad putrescentiam, duobus totis diebus lucet; aëre vero frigido non ultra octo horas. Sese movendo lucent hi vermes, & cum ex calore plus vigoris & vivacitatis nanciscuntur, eo tunc magis lucent. Quamprimum tangitur aqua, cui insunt hi vermes, mobilitate illorum mox lucet, ut & fulcus, quem mari navigando infundit navis, ignis instar fulgurat. Piscatores etiam hoc lumen cernunt, retractis aëre calido, retibus ex aqua, in aquis vero borealibus minus frequens hoc phænomenon. Ut & in oceano septentrionali hunc fulgotem parcius vidit Cl. Prof. Kalmius, quum e contrario oceanus Africanus inter insulas Hesperidum & Caput bonæ spei, simul ac mare Indicum uberrima nobis offerunt ejusmodi lumina, quod superflue me docuit autopsia.

T A N T U M.



D. A. G.  
SPECIMEN ACADEMICUM,  
Q U O

# EUPHORBIA

EFUSQUE

HISTORIA NATURALIS ET MEDICA  
EXHIBETUR,

CONSENT. NOBILISS. ET EXPER. FAC. MED.

IN ILLUSTR. ACAD. UPSALIENSI,

PRÆSIDE,

NOBILISSIMO ATQUE CELEBERRIMO VIRO,

DN. DOCT. CAROLO  
LINNÆO,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO,

MED. ET BOTAN. PROFESSORE REG. ET ORD.

ACAD. IMPER. N. C. MONSPEL. BEROL. TOLOS.

STOCKH. ET UPSAL. SOCIO,

PUBLICÆ VENTILANDUM SISTIT

JOHANNES WIMAN,

FIERDHUNDRENSIS.

IN AUDIT. CAR. MAJ. AD DIEM VI. MAJI,  
ANNI MDCCLII.

H. A. M. S.

---

UPSALIÆ, EXCUDIT L. M. HÖJER, R. A. TYP.



S:Æ R:Æ M:TIS  
CUBICULARIO,  
*NOBILISSIMO atque GENEROSISSIMO DOMINO,*  
**D: NO ISRAËLI**  
**BROMAN,**  
MÆCENATI SUMMO.

**P**rimum studiorum meorum foetum, in publicam editurus lucem, anxius omnino mecum reputavi, unde ipsi, nullo quidem suo corruscanti splendore, nitorem jubarque conciliarem. Animi vero dubium confirmavit summa illa gratia, qua *Tu, Nob. D:ne Cubicularie Regie*, me semper amplexus es, & jam quasi ultro advocas. Offero itaque *Tibi, Mæcenas Summe*, omni, qua par est animi veneratione, hæcce ætatis meæ juvenilis libamina, quæ eo majori jure *Tibi* sunt sacrandæ, quo semper in *Te* certiozem Evergetam & Fautorem habere mihi contigit. Si artificiosa verborum pompa & calamistratis verbis *Te* delectari crederem, primus omnino forem, qui hanc meam audaciam damnarem, jam vero, cum probe sciam, *Te* nihil æque ac venerabundum sincerumque respicere animum, priorem potius metum suffocandum duxi, quam ut ingrati notam incurram. Vivas vero diu felix, & dum me pro perenni *Tuo* atque *Generosissimæ Familiæ Tuae* flore perpetuo ad Deum O. M. vota fundere animadvertas, fac, mihi ne deneges favorem, quem in summo lucro semper ponam, ad extremum vitæ halitum permansurus

*NOBILISSIMI atque GENEROSISSIMI NOMINIS TUI*

cultor atque cliens devotissimus  
JOHANNES J. F. WIMAN.



**S**cientia Botanica, licet admodum ampla, studio tamen & opera eorum, qui in illa excolenda mirifice desudarunt, systematicorum nempe, hisce temporibus adeo crevit, tantumque consecuta est splendoris, ut paucis aliis cedat scientiis. Hoc autem vel inde factum est, quia Botanici herbas in ordinem, ad distincta genera naturalia, & hæc in suas species redigere, easque characteribus sufficientibus, sumtis a fructificatione, ea nimirum parte, qua res aut scientia maxime illustratur & perspicua fit, ornarunt. Ex Plantarum Generibus alterum numero specierum alterum superat, multa enim occurrunt plantarum genera, quæ una solum gaudent specie, paucissima vero ea, quæ numerum quinquagenarium transeunt. Quo plures sub se species comprehendit Genus, eo majori Botanico- rum eget industria, ut selectus specierum iis fiat magis clarus & evidens. Omnium Generum Plantarum, quantum vel ego novi, nullum, Specierum copia Euphorbiæ præcedit, quo fit, ut Euphorbiæ species difficilior dignoscantur. In EUPHORBIAE speciebus itaque illustrandis, mea qualiscunque opera, orbi Botanico, ut spero, non injucunda, versabitur, doleo vero, omnes has species vivas, vidi tamen plurimas, occasionem mihi, ut videndi, ita quoque sub incudem revocandi, fuisse ademptam; unde, si Tuo, L. B. desiderio ex assè satisfacere minus potis fuero, non est quod mireris, potiusque meo ianoxio conamini faveas.





## NOMINA.



**EUPHORBIA** nominata fuit a Juba, Lybiae Rege, in memoriam Medici sui Euphorbi. *PLIN. L. 25. c. 7. invenit, & patrum nostrorum ætate Rex Juba, quam apellavit Euphorbiam, medici sui nomine & fratris Musæ. Sed Juba volumen quoque exstat de ea herba, & clarum præconium. PLUKENETIUS (e Rolfinc. de purgant.) Duo erant fratres Antonius Musa & Euphorbus; ille Augusti Cæsaris, hic Juba Mauritaniæ Regis Medicus. Ille Augusto, jecinore vitiato, & ad desperationem redacto, contrariam & anticipitem medendi rationem præscribit, frigidis exterius, interius Lactuca; re feliciter peracta, medico statua decreta est. Juba autem, ne suo medico nil dedisse videretur, Plantam Euphorbio dedit, deque ea integrum librum scripsit. Ubi jam musæ statua? periit! evanuit! Euphorbii autem perdurat, perennat, nec unquam destrui potest. Crit. Bot. 86.*

**TITHYMALUS** a τῖθη mater, & μαλακὸς mollis; quia lac fundit.

**CHARACIAS**, quasi vallaris, a καρακίω, vallo.

PE-



PEPLUS & PEPLUM erat vestis genus apud veteres, de quo Plautus, Virgilius, alique veteres videndi.

LATHYRIS.

CATAPUTIA, quod propinabatur in Catapotiiis f. pilulis.

ESULA, forte nomen barbarum, vel etjam dicta ab oppido, inter Tibur & Præneste, Horat. 3. 29. 6.

PITHYUSA a *πίθος*, pinus, quia folia gerit pini f. abietis.

MYRSINITES, quod folia gestabat myrti.

APIOS a radice pyriformi.

CHAMESYCE, quasi humilis ficus.

## GENUS.

### EUPHORBIA.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, sub-ventricosum, rugosum, coloratum, marcescens.

COR. *Petala* quatuor f. quinque, turbinata, gibba, crassa, truncata, situ inæqualia, horizontaliter dentibus calycinis insidentia, marcescentia.

STAM. *Filamenta* plura (duodecim ad sedecim), filiformia, inæquali tempore prodeuntia.

*Antheræ* globosæ, didymæ.

PIST. *Germen* subrotundum, obtuse trigonum, pedicellatum. *Styli* tres, divaricati. *Stigmata* obtusa, bipartita.

PERICARP. *Capsula* subrotunda, obtusa triquetra, pedicellata, trilocularis, trivalvis, elastica.

SEM. solitaria, subrotunda.



*Obs.* PETALA in plurimis speciebus sunt peltata & quasi glandulæ, quæ secernunt liquorem quendam: *Euphorbia corollata* 38 satis superque ostendit, has peltas esse petala, tamque manifesta, ac in Lino. Petala, qua maximam partem integra 39. 42. 44. 47. sunt, sed in *Euphorbia* 9. sunt palmata, in aliis lunata, 39. 44. in aliis ovata, in aliis orbiculata. Capsula in quibusdam glabra, 27. 29. 30. 42. 51. in aliis autem hirsuta 39., aliis verrucosa. 32. 47. 50. Flores sunt plerumque *hermaphroditi*, in multis tamen ex umbellatis, sunt primi Flores umbellæ universalis & partialis masculini 43. 44. 47. 52. & in ulteriori dichotomia *hermaphroditi*; quid quod tum in uno flore sunt quatuor, in altero vero quinque petala. *Character* itaque *essentialis* consistit in capsula tricocca, cum Calyce, qui ex summis dentibus petala producit

### STRUCTURA.

**RADIX** in quibusdam fibrosa annua 42, in aliis bien-nis 30. in nonnullis perennis 47. in aliis frutescens & arborescens 4. 10. 11. 12. 15. 33. 44. 51.

**FOLIA** in omnibus simplicia, vix laciniata, minime multifida, in plerisque alterna 4. 12. 29. 34. 39. 42. 34. in multis opposita 15. 16. 18. 20. 22. 23. 24. 30. 33. in aliis quoque plane nulla 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 10. 11. & hæ herbæ sunt plerumque aculeatæ & multangulares. Illæ species, quæ in *Europa* crescunt, sunt tantum non omnes **UMBELLATÆ**, umbellæ vero earum sunt irregulares umbellulis dichotomis, quæ ad primariam divisionem in trifidas & quadrifidas abeunt. Et umbellæ universalis & partialis gaudent suis **INVOLUCRIS**, aliis integerrimis, aliis ferratis. Species Indicæ, illæ in primis, quæ extra tropicos crescunt,



scunt, caulibus sunt ornatae dichotomis, & floribus minime umbellatis, sed earum petala sunt præ aliis magis distincta, & habent folia opposita, quæque etiam magis procumbunt. Illæ vero, quæ intra tropicos habitant, aphyllæ plerumque sunt, iisque sunt flores sessiles, adeo ut, quando caulis consideretur tanquam radix, conspicienti simplicissima herba, constans tantummodo flore, in caudice ascendente erigitur, sine foliis, caule & fulcro ob oculos versetur.

## CLASSIS NATURALIS.

**EUPHORBIA** est medium, quod intercedit *Cambogiam* & *Dalechampiam*. Omnesque, quæ mihi innotuere species, succum habent lacteum, eumque in plurimis corrodentem, licet ita nominata *Esula dulcis* 35 abhinc a quibusdam liberetur, qui eam oleraceam proelamant; Certum tamen est, me nullam harum primus edere velle, quia succus harum eandem in nostrum corpus habet vim, ac Aqua Fortis in Ferrum, nempe, ubicunque nos tangat, atque superveniat, corrodit.

**EUPHORBIIUM** *Isnardi* in *Act. Parisinis*. **TITHYMALUS** *Tournefortii*, **TITHYMALOIDES** *Tournefort.* & **ESULA** *Rivini*, in unum genus a Cel. D. Præf. optime sunt redacta; quia limites in natura frustra quæreret ars, nisi Creator O. M. illos ordinasset. Quædam enim Euphorbiæ species adeo nudæ sunt, ut nemo, sat validis argumentis nixus, certe dicere valuerit, an foliosæ sint necne, quam ob causam haut immerito *feminudæ* audiunt. Haud aliter, ac si *Tithymaloides* sola esset irregularis, cum tamen certum sit, calycem in pluribus

non



non tantum basi ab inferiori latere magis gibbum  
existere, sed etjam margine in dentes dividi inæ-  
quales, existente scilicet inter duos denticulos hia-  
tu latiore.

NOTÆ SPECIFICÆ in hoc difficili genere apparent  
sufficientissimæ, si modo Botanicis sequentes ad-  
tendere non displiceat: scilicet utrum

1:0 RADIX *annua, biennis, perennis, frutex aut arbor.*

2:0 CAULIS *nudus, teres, aut angulatus.*

3:0 FOLIA *opposita vel alterna, eorumque figura.*

4:0 UMBELLA *universalis, partialis & dichotoma, cum ejus involucris.*

5:0 FLORES *hermaphroditi aut masculi, petalis inte-  
gris, lunatis, aut palmatis &c.*

6:0 CAPSULA *hirsuta, verrucosa, aut glabra.*

EUPHORBIAE species sunt vel:

I:0 *Arborescentes succulentæ: a 1. ad 15.*

II:0 *Dichotomæ, involucro tantum diphylo. 15. 25.*

III:0 *Umbella primaria trifida triphylla 26. 29.*

IV:0 *Umbella primaria quadrifida. 30.*

V:0 *Umbella primaria quinquifida 31. 43.*

VI:0 *Umbella primaria multifida polyphylla 44 ad finem.*

### SPECIES.

I:0 EUPHORBIA *aculeata subnuda triangularis arti-  
culata, ramis patentibus. Hort. cliff. 196. Hort. upf.  
138. Fl. zcyl. 199. Roy lugdb. 194.*

*Tithymalus aizoides triangularis & quadrangularis ar-  
ticulatus & spinosus, ramis compressis, Comm præl.  
21. 55. t. 5.*



*Euphorbium trigonum spinosum rotundifolium.* *Isnard.*  
*act. 1720. p. 500. Burm. zeyl. 96.*

β. *Euphorbium antiquorum verum.* *Comm. hort. 1. p.*  
*23. t. 12.*

*Euphorbium trigonum & tetragonum spinosum, ra-*  
*mis compressis.* *Isn. act 1720. p. 500. Burm. zeyl. 96.*

*Schadidacalli.* *Rheed. mal. 1. 2. p. 81. t. 42.*

*Habitat in India Orientali.*

DESCR. *Caulis angulis tribus margine repandis, ar-*  
*ticulatus fere. Rami horizontales, alis sæpius dua-*  
*bus horizontalibus, margine repandis. angulis insi-*  
*dent Aculei duo, oppositi, & supra hos Folium*  
*minimum, ovato-lanceolatum, deciduum.*

2. *EUPHORBIA aculeata nuda quinquangularis, acu-*  
*leis geminatis.* *Hort. cliff. 196. upf. 138. Roy. lugdb.*  
*194.*

*Tithymalus aizoides fruticosus canariensis aphyll-*  
*us quadrangularis & quinquangularis, spinis ge-*  
*minis aduncis atronitentibus armatus.* *Commel. hort.*  
*2. p. 207. t. 104.*

*Tithymalus aizoides lactifluus sive Euphorbia cana-*  
*riensis quadrilatera & quinquelatera, cerei effi-*  
*gie, ad angulos per crebra intervalla spinis rectis*  
*atronitentibus gazellæ cornua referentibus armata.*  
*Pluk. alm. 370. t. 320. f. 2.*

*Habitat in Canariis.*

DESCR. *Caulis rectus, integer, quadrangularis, an-*  
*gulis compresso planis, spinis duabus oppositis ar-*  
*matus. Folia nulla.*

3. *EUPHORBIA aculeata nuda multangularis, aculeis*  
*geminatis.* *Hort. cliff. 196. upsal. 138. Roy. lugdb.*  
*195. Eu-*



*Euphorbium polygonum spinosum*, Cerei effigie. *Isn.*  
*act.* 1720. p. 500. t. 10.

*Euphorbium cerei* effigie, caulibus crassioribus, spinis  
validioribus armatum. *Comm. hort.* 1. p. 21. t. 11. *Seb.*  
*thes.* 1. p. 29 t. 19. f. 2.

*Euphorbium.* *Baub. pin.* 307.

*Habitat* in Æthiopia & Africa calidiori.

**DESCR.** Caulis erectus, teres, sæpius simplex, sulcis  
octodecim aut pluribus longitudinalibus exaratus. A-  
culei ubique duo. Folia nulla, at eorum loco tu-  
berculum acuminatum, supra & juxta aculeorum  
par; & cum adhuc tenelli sunt aculei, eandem fere  
ac folia ferunt faciem, sed folium contabescit, acu-  
lei vero indurantur.

4. *EUPHORBIA* inermis subnuda fruticosa filiformis  
flaccida, foliis alternis. *Hort. cliff.* 197. *upf.* 140.  
*Roy. lugdb.* 195.

*Tithymalus aphyllus mauritaniae.* *Dill. elth.* 384.  
t. 289.

*Habitat* in Africæ maritimis.

**DESCR.** Caulis perennis, filiformis, crassitie pennæ  
anserinae, quinque pedum, debilis, rarius ramo-  
sus, rectus, flaccidus (non volubilis). Folia in sum-  
mis ramulis alterna, lanceolata, sessilia.

5. *EUPHORBIA* aculeata nuda multangularis, spinis  
solitariis subulatis *Roy. lugdb. B.* 195.

*Euphorbium polygonum spinosum*, cerei effigie. *Isn.*  
*act.* 1720. p. 585.

*Euphorbium cerei* effigie, caulibus gracilioribus. *Boerb.*  
*lugd.* I. p. 258.

*Euphorbium aphyllum angulosum*, florum coma den-  
sissima. *Burm. afric.* 19. t. 2. f. 3.]



*Tithymalus Africanus spinosus*, cerei effigie. *Morif. hist.* 3. p. 346. *Pluk. alm.* 370. t. 231. f. 1.  
*Habitat in Æthiopia.*

6. *EUPHORBIA aculeata nuda*: angulis tuberosis, spinis interstinctis.

*Euphorbium polygonum*, aculeis longioribus ex tuberculorum internodiis prodeuntibus. *Isnard. act.* 1720. p. 386.

*Tithymalus aizoides*, *Africanus*: validissimis spinis ex tuberculorum internodiis provenientibus. *Comm. præl.* 59. t. 9.

*Habitat in Æthiopia.*

7. *EUPHORBIA aculeata nuda septemangularis*, spinis solitariis subulatis floriferis. *Hort. cliff.* 196. *Roy. lugdbat.* 199.

*Euphorbium heptagonum*, spinis longissimis, in apice frugiferis *Bærb. lugdbat.* 1. p. 258. t. 258.

DESCR. *Caulis heptagonus, obtusus, hinc inde ramosus, aculei setacei, rigidi, solitarii, longitudinaliter ex anguli singuli dorso ciliatim prodeuntes; flores ex apice aculei interdum prodeunt, sed solitarii, methodo sine pari.*

8. *EUPHORBIA aculeata feminuda*, angulis oblique tuberculatis. *Hort. cliff.* 196. *Hort. ups.* 139. *Fl. zeil.* 200. *Roi. lugdbat.* 194.

*Euphorbium afrum spinosum*, foliis latioribus non spinosis *Seb. thes.* 1. p. 18. t. 9. f. 6.

*Euphorbium spinosum*, amplo nerii folio. *Isn. act.* 1720. p. 501.

*Euphorbio - Tithymalus spinosus*, caule rotundo & angu-



gulofo, nerii foliis latioribus & angustioribus. *Burm. zeyl.* 95.

*Tithymalus aizoides* arborefcens spinofus, caudice angulati, nerii folio. *Comm. præl.* l. 22. t. 6. f. 6.

*Tithymalus indicus* spinofus, nerii folio. *Comm. hort.* l. p. 25. t. 13.

*Tithymalus Zeilanicus* spinofus arborefcens. *Herm. prodr.* 381.

*Ela-Calli.* *Rheed. hort. mal.* 2. p. 83. t. 43.

*Habitat* in India orientali.

DESCR. Caulis teretiufculus, quinquetariam tuberculis prominulis angulatus, angulis his fpiraliter lente adfcendentibus; in fummo caulis Folia lanceolata, ad quorum bafin duplex aculeus, foliis deciduis perfiftunt aculei cum cicatrice & callo prominulo.

9. *EUPHORBIA inermis imbricata* tuberculis foliolo lineari inftitutis. *Hort. cliff.* 197. *upfal.* 139. *Rois. lugdb.* 195.

*Planta lactaria africana.* *Comm. hort.* l. p. 33. t. 17.

*Tithymalus aizoides africanus*, fimplici squamato caule, *Chamenerii* folio. *Comm. præl.* 23. 57. t. 7.

β. *Euphorbium anacanthum* squamofum, lobis florum tridentatis. *Jfn. aët.* 1720. p. 502. t. 11.

γ. *Euphorbium erectum* aphyllum, ramis rotundis, tuberculis tetragonis. *Burm. afr.* 16. t. 7. f. 2.

δ. *Euphorbium humile* procumbens, ramis fimplicibus copiofis, caule craffiffimo, tuberofo. *Burm. afr.* 20. t. 10. f. 1.

ε. *Euphorbium procumbens*, ramis plurimis fimplicibus squamofis, foliis deciduis, *Burm. afr.* 17. t. 8.



3. Euphorbium procumbens, ramis geminatis, caule glabro oblongo cinereo. *Burm. afr. 18. t. 9 f. 1.*  
Habitat in Æthiopia.

Obs. *Distinctissima planta, petalis palmatis.*

10. EUPHORBIA inermis nuda fruticosa filiformis volubilis, cicatricibus oppositis. *Hort. cliff. 197. Hort. upsal. 140. Roy. lugdbat 195.*

Tithymalus indicus vimineus, penitus aphyllus. *Bærh. lugdbat. 1. p. 259.*

Tithymalus ramosissimus non frutescens pene aphyllus. *Comm. præl. 23.*

*Fel - fel - taval. Alp. ægypt. 190. t. 190. Dill. elth. 368.*

Habitat in Africæ maritimis.

DESCR. Planta caule trium ad sex pedum altitudine, ejusdem ubique crassitie, pennæ nempe asserinæ, viridis, ramis raris, longissimis, qui, uti caulis, funis instar, contorquentur simul. Folia nulla, sed cicatriculæ, hinc inde oppositæ, (non alternæ) quasi folia decidissent. Caulis articulatus non est. Frutex.

II. EUPHORBIA inermis subnuda fruticosa filiformis erecta, ramis patulis determinate confertis. *Hort. cliff. 197. Hort. upsal. 139. Fl. zeil. 196. Roy. lugdbat. 195.*

Tithymalus Indicus frutescens. *Comm. hort. I. p. 27. t. 14.*

Tithymalus arborescens, caule aphyllus. *Pluk. phyt. 319. f. 9.*

Tithymalus ramosissimus frutescens pene aphyllus. *Herm. prodr. 341. Burm. zevl. 223.*



*Tithymalus orientalis articulatus, junceus aphyllus,*

*Herm. zeil. 56. Burm. zeil. 223.*

*Tiru - calli Rheed. mal. 8. t. 1. 44.*

*Muwakirya. Herm. zeil. 63.*

*Habitat in India orientali.*

**DESCR.** *Hec caule erecto persistit, rami ad certa  
& determinata spatia conferti, patentes, teretes,  
nudi, acuti. Folia in apice ramorum lanceolato-  
linearia, fere petiolata, quibus ut & caule ere-  
cto, & magis ramoso, a 4. differt.*

- 12. EUPHORBIA** *inermis fruticosa, foliis distiche al-  
ternis ovatis. Hort. cliff. 198. Roy. lugab. 195.*

*Tithymalus curassaricus myrtifolius, flore papilionaeo  
coccineo parvo. Comm. hort. 1. p. 31. t. 16.  
Pluk. alm. 369. t. 230. f. 2.*

*Tithymalus curassaricus Myrtifolius, flore coccineo,  
mellifluo. Herm. par. 234. t. 234.*

**β.** *Tithymaloides lauro-cerasifolio, non serrato.  
Dill. elth. 383. t. 288. f. 372.*

*Habitat in Curassao, at β forte in India orientali.*

**Obs.** *Has α & β species non diversas esse probant  
flores in hac specie singulares, horizontales, su-  
perne gibbi: partes in hisce floribus propriæ, &  
facies propria, Differt β ab α, solo margine fo-  
lii contractiore, nec hæc varietas magis mira in  
remotissimo loco, quam quod crines in afro quo-  
dam homine lanæ instar contracti.*

- 13. EUPHORBIA** *inermis, foliis serratis petiolatis  
difformibus ovatis lanceolatis panduriformibus.*

*Tithymalus curassaviensis, salicis & atriplicis foliis  
hirsutis, caulibus subrubentibus. Moris. hist. 34.*

*Habitat in America calidiori.*



14. EUPHORBIA inermis herbacea ramosa, foliis subcordatis integerrimis petiolo brevioribus, floribus solitariis.

Euphorbia inermis, foliis obtusis subcordatis integerrimis petiolatis, caule ramoso erecto. Roy. lugdb. 199.

Habitat in Campechia Houston.

15. EUPHORBIA foliis oppositis subcordatis petiolatis emarginatis integerrimis, petiolis folio longioribus, caule fruticoso. Hort. cliff. 198. Roy. lugdb. 196.

Tithymalus curassavicus, folio cotini, triphyllus, petalis florum ferratis. Pluk. alm. 369. t. 230. f. 3.

Tithymalus arboreus curassavicus, cotini folio. Seb. thes. I. p. 75. t. 46. f. 4.

Tithymalus arboreus, americanus, cotini folio. Comm. hist. I. p. 29. t. 15.

Habitat in Curassao.

Obs. Variat foliis oppositis binis & ternis.

II. DICHOTOMÆ, involucro tantum diphyllæ.

16. EUPHORBIA dichotoma foliis ferratis axillaribus ovali oblongis, corymbis terminalibus, ramis divaricatis.

Euphorbia inermis, foliis ovalibus oppositis ferratis uniformibus, ramis alternis, caule teretiusculo. Hort. cliff. 198. Hort. ups. 143. Roi. lugdbat. 196. Gron. virg. 58.

Tithymalus erectus, floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. Burm. zeil. 224. t. 105. f. 2.

Tithymalus indicus, annuus, dulcis, floribus albis, cauliculis viridantibus. Pluk. alm. 379. t. 113. f. 2.

Ti-



*Tithymalus africanus*, c. *Peplis major* Brasiliensibus.  
*Comm. præl. 60 t. 10.*

β. *Tithymalus erectus acris*, parietariæ foliis glabris, floribus ad caulium nodos conglomeratis.  
*Sloan. jam. 82. hist. 1.p. 197. t. 126.*

*Tithymalus americanus erectus*, floribus in capitulum, longo pedunculo congestis. *Tournef. inst. 88.*

*Tithymalus erectus ferratus*, floribus in capitulum, longo pedunculo insidentibus congestis. *Plum. spec. 2.*  
*Habitat in Jamaica, Mexico, etiam in India Orientali.*

DESCR. *Facies Hyperici.* Folia altero latere serrata, altero integra. Flores tetrapetali, integri, albi, tenues, petala nivea. variat floribus ex alis fere solitariis α) & congestis ac capitatis β); eadem tamen videtur species.

17. *EUPHORBIA dichotoma*, foliis ferrulatis ovatis, obtusis trinervis, panicula terminali, caulibus simplicibus.

*Habitat in insula Adscensionis.*

OBS. *Planta refert origanum ut primo intuitu nequeat non pro ea agnosci.*

DESCR. *Caulis simplex, spithamæus teres, articulatus.* Folia rotundo-ovata, trinervia, sessilia glabra, ferrulata, pagine superioris latere exteriori purpurascente. Rami nulli. Panicula ut in *Origano* terminat caulem.

18. *EUPHORBIA dichotoma*, foliis ferrulatis ovatis, acuminatis, pedunculis capitatis axillaribus, caulibus pilosis.



*Euphorbia inermis*, foliis oppositis ovalibus serratis uniformibus, pedunculis capitatis, axillaribus.

*Fl. zeyl.* 197.

*Tithymalus botryoides zeilanicus*, cauliculis villosis. *Burm. zeyl.* 223. t. 104.

*Tithymalus botryoides zeilanicus hirsutus*. *Herm. zeyl.* 31.

*Tithymalus botryoides major zeilanicus procumbens*, foliis & cauliculis villosis. *Pluk. alm.* 273. *Raj. suppl.* 428.

*Tithymalus indicus*, annuus, duleis, botryoides, geniculatus, *Herm. prodr.* 382.

*Habitat* in India.

DESCR. *Caulis herbaceus, pilosus, Folia ovata, lanceolata, serrata, opposita sessilia, acuta, ex singula ala alterna. Pedunculus flores, in globum collectos ferens.*

19. *EUPHORBIA dichotoma*, foliis serratis ovali-oblongis, pedunculis bicapitatis axillaribus, caule erecto.

*Tithymalus botryoides erectus*, florum capitulis conjugatis & longiori pedunculo infidentibus. *Burm. afr.* 224. t. 105. f. 1.

*Habitat* in India.

20. *EUPHORBIA dichotoma*, foliis serratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis subsessilibus, caulibus procumbentibus.

*Euphorbia inermis*, foliis oppositis oblique cordatis obtusis serratis, pedunculis multifloris. *Fl. zeyl.* 198.

*Tithymalus indicus annuus dulcis*, floribus albis, caulibus viridantibus & rubentibus. *Pluk. alm.* 272. t. 113. f. 2.

B.



β. *Tithymalus humilis ramosissimus hirsutus, foliis thymi, ferratis.* *Burm. zeil.* 225. *t.* 105. *f.* 3.

*Pita-waka.* *Herm. zeil.* 13.

*Habitat in India utraque.*

OBS. *Planta nostra glabra, est Chamaesyces omnino facie.*

21. *EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis semicordatis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus.*

*Peplis maritima, folio obtuso.* *Baub. pin.* 293.

*Peplis.* *Clus. hist.* 2. p. 187. *Cam. epit.* 970.

*Habitat in Narboniæ & Hispaniæ maritimis.*

22. *EUPHORBIA dichotoma, foliis crenulatis subrotundis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus.*

*Euphorbia inermis, foliis oppositis oblique-cordatis, ferrulatis uniformibus, ramis alternis, floribus solitariis.* *Hort. cliff.* 198. *Roy. lugdbat.* 196.

*Chamaesyce.* *Baub. pin.* 293. *Clus. hist.* 2. p. 187.

*Tithymalus minimus ruber rotundifolius procumbens.* *Morif. hist.* 3. p. 340. *t.* 2. *f.* 19.

*Tithymalus exiguus glaber, numulariæ folio.* *Tourn. inst.* 87.

*Tithymalus exiguus procumbens, Chamaesyce dictus.* *Boerb. lugdbat.* 1. p. 258.

*Tithymalus exiguus villosus, numulariæ folio.* *Tourn. inst.* 87. *Boerb. lugdb.* 258.

*Tithymalus, sive Chamaesyce villosa major, cauliculis viridibus.* *Morif. hist.* 3. p. 340.

Ti-



*Tithymalus humilis ramosissimus hirsutus, foliis Thymi ferratis. Burm. zeil 225. p. 105. f. 3.*

*Habitat in Sicilia, Narbonensi.*

DESCR. *Corymbus in hac nullus, folia uniformia, equalia. Flores ex alis, albi, tetrapetali, caules alternatim ramosissimi. Folia in Europæa magis orbiculata, in Americana oblonga, & sæpius macula fusca, in medio nota. Caulis quam arctissime terræ adpressus.*

23. *EUPHORBIA foliis oppositis integerrimis lanceolatis obtusis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus.*

*Euphorbia procumbens, ramulis alternis, foliis lanceolato-linearibus, floribus solitariis.*

*Habitat in Canada & Virginia.*

OBS. *Statura & facies 22 at folia ad basin ab altero latere lobo prominent, sed lanceolata, equalia, obtusa; Caules procumbentes, dichotomi divaricant.*

24. *EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis, lanceolatis, pedunculis axillaribus unifloris folia æquantibus, caule erecto.*

*Tithymalus, flore exiguo viridi, apicibus flavis, antequam folia emittit florens. Gron. virg. 58.*

*Habitat, in Virginia, Canada.*

DESCR. *Radix repens. Caules spithamæi, erecti, dichotomi, folia opposita, (uno alterove ex infimis alterno), lanceolata, levia, integerrima, longitudine internodiorum, pedunculi axillares, soli-*



*litarii, uniflori, longitudine foliorum dum florent, dem fructiferi, duplo longiores. Calyx crassus.*

25. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis ovalibus retusis, pedunculis axillaribus unifloris folia æquantibus, caule erecto.

*Tithymalus perennis, portulacæ folio: Few. peruv. 707. t. 2.*

*Habitat in Philadelphia.*

DESCR. *Caulis erectus spithameus vel pedalis. Folia ovalia integerrima, glabra, magnitudine portulacæ, vel majora, (infimo, uno alterove alterno), obtusa, obsolete emarginata. Caulis dichotomus, primaria divisione interdum trifida triphylla, pedunculus longus, ut in præcedenti.*

### III. UMBELLA PRIMARIA TRIFIDA.

26. EUPHORBIA umbella trifida involucri tetraphyllo, caule nudo, foliis oblongis emarginatis.

*Euphorbia inermis, foliis oblongis obtusis emarginatis. Roy. lugdb. 199.*

*Tithymalus humilis, flore lapathi. Buxb. cent. 2. p. 27. t. 23.*

*Tithymalus tuberosus acaulos, foliis oblongis cucullatis & planis. Burm. afr. 9. t. 4.*

*Tithymalus africanus humilis, foliis latioribus oblongis, tuberosa radice. Raj. supplex 933.*

*Habitat in Ægypto & Æthiopia.*

27. EUPHORBIA umbella trifida dichotoma, involucri ovatis, foliis integerrimis ovatis petiolatis.

Eu-



*Euphorbia* foliis obverse ovatis integerrimis, umbella universali trifida triphylla, partialibus dichotomis diphyllis. *Hort. cliff.* 199. *Fl. svec.* 437. *Roy. lugdb.* 197.

*Peplis* f. *Esula* rotunda. *Baub. pin.* 292.

*Peplus.* *Fuchj. hist.* 603. *Dod pempt.* 375.

*Esula* rotundifolia non crenata. *Rup. jen.* 219.

*Tithymalus* parvus annuus, foliis subrotundis non crenatis, *Peplis* dictus, *Raj. syn.* 3. p. 256.

*Habitat* in Europæ cultis oleraceis passim.

DESCR. *Radix annua.* Folia caulina obverse-ovata, integerrima, alterna. Involucra omnia ovata. Flores omnes hermaphroditi, petalis bicornibus, capsulis glabris.

28. *EUPHORBIA*, umbella trifida dichothoma, involu-  
cellis, cordato-falcatis acutis, foliis lanceolatis  
obtusiusculis.

*Habitat* in Europa australiori.

OBS. Folia lanceolata, obtusiuscula cum mucrone. Um-  
bella universalis trifida, rarius quadrifida. Invo-  
lucra partialia ovato-cordata, acuta, alterna,  
latere falcata, qua nota, ab omnibus differt. Radii  
umbellæ bifidi, dein simplices. E lateribus caulis  
ramuli cum umbellulis.

29. *EUPHORBIA*, umbella trifida dichotoma, involu-  
cellis lanceolatis, foliis linearibus.

*Euphorbia* inermis, foliis alternis linearibus acutis,  
umbella universali trifida triphylla, partialibus di-  
chotomis diphyllis. *Hort. cliff.* 199. *ups.* 143 *Roy.*  
*lugdb.* 197.



*Tithymalus*, f. *Esula exigua*. *Baub. pin.* 291. *Moris. hist.* 3. p. 339. f. 10. t. 2. f. 5.

*Esula minima tragi*. *Dalech. hist.* 1656.

β *Tithymalus*, f. *Esula exigua*, foliis obtusis. *Baub. pin.* 291. *prodr.* 132.

γ *Tithymalus exiguus saxatilis*. *Baub. pin.* 291. *prodr.* 132. *Magn. monsp.* 259. t. 158.

*Habitat* in Gallia, Helvetia, inter segetes. α) *Montspeli in saxosis*. β) *Padua*. γ) *Massilia*.

OBS. Varietas γ), minima. β) singularis foliis apice truncatis, cum acumine. Omnes carent ramis lateralibus. Flores tetrapetali bicornes, foliola umbellae & umbellularum reliquis non latiora. Fructus glaber.

#### IV. UMBELLA PRIMARIA QUADRIFIDA.

30. *EUPHORBIA umbella quadrifida dichotoma*, foliis oppositis integerrimis.

*Euphorbia inermis*, foliis oppositis lanceolatis integerrimis, umbella universali quadrifida tetraphylla, ulterioribus dichotomis. *Hort. ups.* 140. *Mat. med.* 256.

*Euphorbia inermis*, foliis oppositis lanceolatis, umbella universali quadrifida tetraphylla, partialibus dichotomis diphyllis. *Hort. cliff.* 198. *Roy Lugd.* 196.

*Lathyris major*. *Baub. pin.* 293.

*Lathyris*. *Cam. epit.* 968. *Fuchs. hist.* 454.

*Esula major*. *Rupp. jen.* 219.

*Cataputia minor*. *Lob. icon.* 362.

*Habitat* ad agrorum margines in Italia, Gallia.

OBS.



**CBS.** Rami laterales floriferi. Folia lanceolata. Involucrum universale tetraphyllum, partialia diphylla, cordato-lanceolata. Umbella radiis quatuor, bifidis, ultimo simplicibus. Flores omnes hermaphroditi. Petala quatuor, biloba, obtusa. Capsula glabra.

**V. UMBELLA PRIMARIA QUINQUEFIDA  
PENTAPHYLLA.**

**31. EUPHORBIA** umbella quinquefida bifida, involu-  
cellis obverse cordatis.

*Tithymalus tuberosa*, pyriformi radice. *Bauh. pin.* 292.

*Tithymalus tuberosa* radice. *Clus. hist.* 2. p. 190.

*Habitat in Creta.*

**32 EUPHORBIA**, umbella quinquefida trifida dichotoma, involu-  
cellis subovatis, foliis lanceolatis, serrulatis, capsulis verrucosis.

*Euphorbia inermis*, foliis linearibus, umbella universalis trifida triphylla, partialibus trifidis, propriis dichotomis diphyllis, foliolis subrotundis. *Gvert. stamp.* 269.

*Tithymalus* foliis subhirsutis ad caulem ellipticis, sub floribus binis subrotundis. *Hall. helv.* 191.

*Habitat in Gallia, Helvetia.*

**33. EUPHORBIA**, umbella subquinquefida simplici, involu-  
cellis ovatis: primariis triphyllis, foliis oblongis integerrimis, caule fruticoso.

*Euphorbia inermis fruticosa*, foliis lanceolatis oppositis integerrimis, floribus solitariis terminalibus, involucris triphyllis. *Hort. cliff.* 198. *Roy. lugdb.* 196.

*Tithymalus maritimus spinosus.* *Bauh. pin.* 291.

Ti-



*Tithymalus ragufinus*, flore luteo pentapetalo. *Herm. lugdb. 600. Bærb. lugdb. 1. p. 257.*

*Habitat in Creta.*

**DESCR.** *Caules frutescentes, inferne spinosi, ramulis adtenuatis aridis. Folia lanceolato-ovalia, sparsa, integerrima. Umbella universalis quinquefida, pentaphylla (sepe trifida, & quadrifida, triphylla, & tetraphylla) involucella primaria triphylla, reliqua diphylla, sed radii indivisi.*

34. *EUPHORBIA* umbella quinquefida dichotoma, involucellis, semiorbiculatis, foliis lineari-lanceolatis, ramis floriferis.

*Euphorbia inermis*, foliis alternis linearibus acutis; partialibus umbellulæ ovato-rhombeis, petalis bicornibus. *Hort. upl. 142.*

*Tithymalus annuus*, lunato flore, linariæ folio longiore. *Moris. hist. 3. p. 339.*

*Tithymalus maritimo* adfinis, linariæ folio. *Baub. pin. 291.*

*Tithymalus leptophyllos.* *Dalech. hist. 1645.*

*Tithymalus annuus erectus*, folio oblongo acuminato. *Tourn. inst. 87.*

*Tithymalus segetum longifolius.* *Raj. syn. 3 p. 312.*

*Peplis annua*, foliis acutis, flore muscoso. *Bocc. sic. 24. t. 13. f. I.*

*Habitat inter segetes, Galliæ, Italiæ, Mauritaniae.*

**DESCR.** *Caulis pedalis, inferne rubens. Rami breves versus radicem caulis, Folia lini, linearia, acuta, alterna, pallide viridia. Involucra vero ovata, lateribus angulata, hinc quasi quadrangularia.*



*laria. Petala lutea, bicornia. Ex alis superiori-  
bus foliorum multi alternatim pedunculi umbellulas  
partiales ferentes.*

35. EUPHORBIA umbella quinquefida bifida, involu-  
cellis subovatis, foliis lanceolatis obtusis integer-  
rimis.

*Tithymalus montanus, non acris. Baub. pin. 292.*

*Pityusa s. Esula minor altera, floribus rubris. Lob.  
ic. 358.*

*Habitat in Gallia, Italia, Germania.*

*Obs. Dignoscitur exsiccata facillime, quod sicca ni-  
gricat, uti Orobus.*

36. EUPHORBIA quinquefida bifida, involu-  
cellis ovatis mucronatis, foliis lanceolatis: infimis invo-  
lutis, retrorsum imbricatis.

*Tithymalus foliis brevibus, aculeatis. Baub. pin. 292.*

*Pithyusa. Daleck. hist. 1652.*

*Habitat in arenosis Belgii, Italiae*

37. EUPHORBIA umbella quinquefida dichotoma, in-  
volucellis ovato-lanceolatis mucronatis, foliis in-  
ferioribus capillaceis.

*Tithymalus foliis inferioribus capillareis, superiori-  
bus myrto similibus. Moris. hist. 3 p. 338.*

*Tithymalus Cyparissias. Alp. exot. 65. t. 66.*

*Habitat in Creta.*

38. EUPHORBIA umbella quinquefida dichotoma, in-  
volucellis foliisque oblongis obtusis, petalis mem-  
branaceis.

Eu-



*Euphorbia inermis*, foliis lanceolatis obtusis alternis, ramis floriferis dichotomis, petalis maximis subrotundis. *Gron. virg.* 58.

*Habitat* in Virginia, Canada.

DESCR. *Statura erecta*, umbella *universalis quinquefida*, *partialis primaria trifida*, *ulteriores dichotomae*. Involucrum *universale quinque ad sex foliolis*, *oblongis obtusis*; *Partialis triphylla*, *reliquae diphyllae foliolis similibus*, *Radii umbellae primarie in medio foliolo*, *et ramo dichotomo minori instructi*. *Folia caulis lanceolata*, *obtusissima*. *Petala nivea*, *explorata*, *quina*, *nec peltiformia*, *sed tenuissimi Lini*.

39. *EUPHORBIA* umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, capsulis lunatis.

*Euphorbia inermis fruticosa*, foliis lanceolatis, involucro universali quinquefido, partialibus trifidis, reliquis dichotomis. *Hort. ups.* 142. *Roy. lugdb.* 198.

*Tithymalus arboreus*, caule corallino, folio Hyperici, pericarpio barbato. *Bærb. lugdb.* 1. p. 256.

*Habitat* in Sicilia, Mauritania, Oriente.

DESCR. *Caules plures*, *simplicissimi*, *annui*, *teretes*, *ulnares*, *fere juncei*, *erecti*. *Folia lato-lanceolata*, *obtusiuscula*, *sessilia*, *alterna*, *integerrima*, *subtus villosa*, *marginem saepe rufescentia*. *Umbella universalis quinquefida*, *partialis trifida*, *demum dichotoma*. *Involucrum universale pentaphyllum*, *partiale triphyllum*, *demum diphylla*, *foliolis o-*  
va-



vato-oblongis; in ulterioribus ovatis, omnibus pilosiusculis. Corolla petalis quatuor integris. Capsulæ globosæ, vix sulcatæ, testæ lana alba, rara, longa.

40. EUPHORBIA umbella quinquefida, quadrifida, dichotoma, involucellis subrotundis ovatis, foliis lanceolatis.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, involucrio universalis quinquefido lanceolato, partiali tetraphyllo subrotundo, propriis diphyllis. Roy. lugdb. 198.

Tithymalus orientalis, salicis folio, caule purpureo, flore magno. Tourn. cor. 2.

Habitat in Oriente.

41. EUPHORBIA, umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis primariis tetraphyllis, foliis sessilibus ferrulatis.

Euphorbia inermis, foliis alternis lanceolatis amplexicaulibus subserratis, umbella universalis quinquefida pentaphylla, partialibus bifidis. Hort. ups. 141.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbella universalis partialiumque prima quinquefidis, secunda trifida, reliquis bifidis. Roy. lugdb. 198.

Tithymalus arvensis latifolius Germanicus. Baub. pin. 291.

Tithymalus platyphyllos. Fuch. hist. 813.

Habitat in agris Galliæ, Angliæ, Germaniæ.

Obs. Folia subamplexicaulia, patentissima lanceolata, involucrio ovato, involucellis cordatis. Flores omnes hermaphroditi, tetrapetali. Fructus bispidus.



42. EUPHORBIA, umbella quinquefida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis cuneiformibus, serratis. Euphorbia, foliis crenatis, umbella universali quinquefida, pentaphylla, partialibus trifidis, propriis triphyllis. *Hort. cliff.* 198. *Fl. jvec.* 436. *Roy. lugdb.* 197.

Euphorbia inermis, foliis subrotundis crenatis. *Fl. lapp.* 220.

Tithymalus helioscopius. *Fuchj. hist.* 811. *Baub. pin.* 291. *Cam. epit.* 963. *Till. ic.* 65.

Efula solifera. *Rupp. jen.* 219.

Habitat in Europæ cultis.

OBS. Radix annua. Folia cuneiformia, serrata, alterna. Flores omnes hermaphroditi, tetrapetali, petalis integris. Fructus glaber. Umbella universalis quinquefida, pentaphylla, partiales trifidæ triphyllæ.

43. EUPHORBIA, umbella quinquefida dichotoma, involucellis diphyllis reniformibus, foliis amplexicaulibus cordatis serratis.

Euphorbia inermis, foliis denticulatis: caulinis lanceolatis, umbellularum cordatis. *Hort. cliff.* 200. *Roy. lugdb.* 197.

Tithymalus characias, folio ferrato. *Baub. pin.* 290.

Tithymalus myrtites valentinus. *Clus. hist.* 2. p. 189.

Tithymalus characias 5. *Dodon. pempt.* 369.

Habitat in Narbona, Hispania, regno Valentino.

OBS. Flores di- & tripetali, primores masculi, reliqui autem hermaphroditi. Folia lanceolata, serrulata. Umbella universalis quinquefida, pentaphylla, Partiales trifidæ, triphyllæ.



VI. UMBELLA PRIMARIA MULTIFIDA  
POLYPHYLLA.

44. EUPHORBIA umbella multifida dichotoma, involu-  
cellis perfoliatis emarginatis, foliis integerrimis, caule frutescente.

Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, umbella universali multifida, partialibus dichotomis, involu-  
cris semibifidis perfoliatis. *Hort. cliff.* 199. *Hort.*  
*ups.* 142.

Tithymalus characias rubens peregrinus. *Bauh. pin.*  
290.

Tithymalus characias I. *Clus. hist.* 2. p. 188.

*Habitat* in Helvetia, Anglia, Germania, Gallia  
Narbonensi.

DESCR. Caules crassi, rubentes, exasperati cicatri-  
cibus, a casu foliorum in infima parte. Flores pen-  
tapetali, petalis integris, lunatis, in prima ra-  
mificatione masculi purpurei, æquales, in reliquis  
hermaphroditi, atri, humidi, inæquales. Involu-  
cra monophylla, perfoliata, emarginata.

45. EUPHORBIA umbella multifida dichotoma, invo-  
lucellis perfoliatis subcordatis, foliis lanceolatis in-  
tegerrimis.

Tithymalus sylvaticus, lunato flore. *Bauh. pin.* 290.  
*Morif. hist.* 3. p. 335.

Tithymalus lunato flore. *Col. ecph.* 2. p. 57. t. 57.

*Habitat* in Gallia, Hispania, Germania, Italia.

46. EUPHORBIA; umbella multifida dichotoma, in-  
volucellis perfoliatis, orbiculatis, foliis obtusis.

Tithymalus characias amygdaloides. *Bauh. pin.* 290.



*Habitat* in Gallia, Germania.

OBS. *Differt hæc a 45. involucellis orbiculatis, quæ in 45. magis apice producta sunt.*

47. EUPHORBIA umbella multifida trifida dichotoma, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus.

*Euphorbia foliis lanceolatis, umbella universali multifida polyphylla, partialibus trifidis triphyllis, propriis dichotomis. Hort. cliff. 200. Fl. /v. 438. Mat. med. 255. Roy. lugdb. 198.*

*Tithymalus palustris fruticosus. Bauh. pin. 292.*

*Esula major. Dalech. hist. 1653.*

*Esula palustris. Rupp. jen. 219.*

*Esula major. Dal. Pharm. 231.*

*Tithymalus maximus OElandicus. Rudbeck. hort. 109.*

*Habitat* in Germania, Belgio. *etiam in pratis paludosis OElandiæ, Gothlandiæ, Scaniæ.*

DESCR. *Radix perennis; caulis annuus; folia lanceolata alterna. Involucra & involucella ovata. Umbella universalis multifida polyphylla; partiales trifide, triphyllæ; reliquæ dichotomæ diphyllæ. Fructus verrucosus. Flores primores masculi pentapetali, secundarii vero hermaphroditi tetrapetali. Petala integra.*

48. EUPHORBIA umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis uniformibus.

*Euphorbia inermis, foliis lanceolato-linearibus; involucris universalis foliolis quinis ovato-acutis, partialis, semiorbiculatis. Hort. ups. 141.*

*Tithy-*



*Tithymalus maritimo affinis. Baub. pin. 291.*

*Tithymalus amygdaloides angustifolius. Tabern. hist. 1. p. 988.*

*Esula minor. Dalech. hist. 1653. Dod. pempt. 374.*

*Alypum. Cam. epit. 985.*

*Habitat in Germania, Belgio.*

*Obs. Hæc planta refert statura sequentem, & folia gerit ejus, caulinis simillima, non vero capillaria; radix repens admodum est.*

49. *EUPHORBIA umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus foliis setaceis caulinis lanceolatis.*

*Euphorbia inermis, foliis confertis linearibus, umbella universali multifida, partialibus dichotomis, foliolis subrotundis. Hort. cliff. 199. Hort. ups. 142. Roy. lugdb. 197.*

*Tithymalus cyparissias. Baub. pin. 291. Dalech. hist. 1644.*

*Tithymalus cupressinus. Tabern. hist. 990.*

*Tithymalus foliis pini. Baub. pin. 292.*

*Habitat in Misnia, Bohemia, Helvetia.*

*Obs. Folia inferiora caulis in hac per gradus latiora sunt, caulis dein plurimos ramos e lateribus emittit.*

50. *EUPHORBIA umbella sexifida dichotoma, involucellis ovalibus, foliis oblongis integerrimis, ramis nullis capsulis verrucosis.*

*Tithymalus latifolius hispanicus. Baub. pin. 291. Tabern. hist. 987.*

*Tithymalus Hibernicus vasculis muricatis erectis. Dill. eth. 387. t. 290. f. 374.*

*Ha-*



*Habitat* in Hibernia, Siberia, Austria, Pyrenæis.

Obs. Fructus maxime verrucosus variat foliis birsutis, glabris.

51. EUPHORBIA umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, primariis triphyllis, caule arborescente.

*Tithymalus myrtifolius* arboreus. *Baub. pin.* 290.

*Tithymalus dendroides.* *Cam. epit.* 965.

*Habitat* in Italia, Creta, Insulis Stæchadum.

Obs. Folia sparsa, angustiora, lanceolata, involucrum universale polyphyllum, partialia prima sæpius triphylla, reliqua diphylla, obtuse cordata. Umbellulæ laterales caulis nullæ. Capsula glabra.

52. EUPHORBIA umbella suboctifida bifida, involucellis subcordatis, foliis spathulatis patentibus carnosius margine scabris.

*Euphorbia inermis*, foliis confertis: superioribus reflexis latioribus lanceolatis, umbella universali trifida, partialibus bifidis. *Hort. cliff.* 199. *Hort. upf.* 141.

*Tithymalus myrsinites.* *Tabern. hist.* 989.

*Tithymalus myrsinites latifolius.* *Baub. pin.* 290.

*Tithymalus myrsinites legitimus.* *Clus. hist.* 2. p. 189.

β *Tithymalus myrsinites angusti folius.* *Baub. pin.* 290.

*Habitat* in Calabria.

DESCR. Planta glauca. Folia crassiora, superiora reflexa, concava. Petala quatuor, flava, bicornia. Flores primi masculi, reliqui autem hermaphroditi sunt. Calyx serratus.



53. EUPHORBIA umbella sexfida bifida, involucellis cordato-reniformibus, foliis sursum imbricatis.

Tithymalus maritimus. *Baub. pin. 291. Dod. pempt. 370. f. 12.*

Tithymalus paralios. *Cam. epit. 962.*

*Habitat in Europæ arena maritima.*

## V I R E S

Est succus harum plantarum adeo corrosivus, ut si corpori superveniat, exulceret & corrodat, unde fit, ut ad internos curandos morbos, non nisi raro admodum, eo utantur Medici. Et Arabs Mesues, Medicus suæ ætatis sat inclutus, ab ejus usu, cum internis mederetur morbis, plane abhorruit. Africanis, sagittas Euphorbio ungere, ut hostibus lethalia infligerent vulnera, olim morem fuisse, tradunt auctores. Hortulanus Horti Academici Lugduno-Batavi cultro forte amputabat caudicem Euphorbiæ, quem cum postridie in inferendo esset occupatus, ore tenebat, os collumque ejus adeo fuere inflammata, ut si Medicos consulendi occasio illi fuisset denegata, de ejus vita actum fuisset. Clavi pedum, si hujus succu inungantur, toti quanti evanescent. Si in *Odontalgia* pellenda eundem adhibet Medicus, vel immittendo cavitati dentis guttulam 1. ad 2., efficit, ut, nervo destructo, dens dissolvatur; vel inungendo pone aurem quidquam ex eodem, vesica inde exsurgit, per quam humores acres secernuntur. hinc ergo patet, illum, loco Cantharidum, inter *vesicatoria* haud male esse referendum. Tithymali *Lac*, vaccino mixtum, ad roseum adquirendum colorem, faciei illinunt formositatis studiosæ, nativa non contentæ, puellæ; quod si vero hujus liniamenti fiat nimia repetitio, majorque sumatur dosis, ita



ita nocet, ut tota facies exulceretur & excorietur. Sanandis *ulceribus Cacoëthicis* & fordidis, succus hicce inservit, carnes enim spongiosas corrodit. Inprimis vero, quantæ sit utilitatis ac virtutis, dum adhibetur ad eorum ulcera purificanda, illi, quorum interest, optime norunt.

*Pulvere* si punctura nervorum, Ictusque serpentum adspargantur, dolor inde compescitur.

In *Carie Ossium* est hic heroicum quoddam Medicamen, cujus ergo usum Fallopius tanti aestimavit, ut pro infallibili certissimoque reputarit. Pulveri sternutatorio immiscetur interdum, quantitas autem dosis exigua esse debet, si dolor urentissimus cum lachrymis, Hæmorrhagiis, immo Inflammatione Cerebri evitabitur.

*Gummi Euphorbii*, quod ab Africa ad nos transportatum in Pharmacopæis adservatur, hoc tempore rarissime ob suam acrimoniam interne usurpatur. Quam ob rem Pharmacopolæ rusticis (si consentiunt) imponunt, ut id contendant, simulque iis consulunt, ut faciem sub hae operatione avertant, ne transgressus pulveris os & nares intret.

*Euphorbia* & præsertim Cataputia usi sunt veteres inter sua purgantia, sed quum ab ejus usu periisset Bot. Prof. Gvilandinus, in posterum omnino cessavit internus illius usus. Inter recentiores Listerus sæpius hoc adhibuit in Hydrope, ubi eundem præbet effectum, ac interna quædam Paracenthesis, quo quosdam a malo liberavit, sed plerique inde curati, recidivam incurrebant, & peribant. Cessavit itaque internus usus hujus Medicamenti apud hodiernos Medicos, nec immerito.

*Gummi Euphorbii* correctum, maceratione per diem in oleo amygdal. facta, & coctione in malo citri, ordinare consueverunt veteres, illa vero correctio sat validis non nititur principiis, nam, si nimia acidi accedat quan-



quantitas, vis omnis plane tollitur, quod si vero minus corrigatur, deleterium persistit, quo evenit, ut quando Veteres illud tanquam fortissimum quoddam præscriberent hydragogum, caussarit hypercatharsin cum fudore frigido & deliquiis. Plura qui velit, consulat Geoffroy, Boerhave in Historia Plantarum, Hallerum de Plantis helveticis, Pharmacopœam Vurtembergensem, aliosque, meum enim, ut rite distingverem species, præcipuum hoc in opusculo fuit institutum.

SOLI DEO GLORIA.

---

Domino AUCTORI Præstantissimo.

**I**n bonis lætisque lætari, ut jucundum, ita fas quoque omnino est & conveniens. Tribus abhinc lustris, & tribus etjam additis annis, dies mensis Maji, sextus erat, quo optima AURORA optima lætaque adferebat. Scilicet, hoc ipso die, de Te, Amice Dilectissime, jam nato, lætabatur, & quidem non injuria, uterque Tuus Parens. Hanc Parentum Tuorum, quos non nisi omnis honoris ergo nomino, lætitiam, inde susceptam, quam mirifice auctum postmodum iveris, conversatio Tecum mea, per octo, & amplius annos, ignorare me prohibet. Hanc quoque, hoc die, quam magnopere augeas, egregia Tua Dissertatio, vel me tacente, luculenter ostendit. Hinc non est, quod mireris, Amice perdilecte, me, ex tanto lætitiæ cumulo, etjam aliquid facere meum; & quidem ita, ut lætabundus non minus, quam gratulabundus, Tibi & clarissimæ Tuæ Familiæ, tot bona, tot læta, quot hoc die, hocceque anni tempore, superbit terra floribus, ex sincero adprecor animo.

HARALDUS PALM.



Egregiæ hujus Dissertationis AUCTORI,  
Amico Honoratissimo.

**Q**ui novit, quantum jucunditatis atque utilitatis  
afferat jucundissimum fere omnium Botanicæ  
studium, ille neque inficias ire poterit, illum maxi-  
mo jure esse laudandum, qui diligentius in eodem  
excolendo desudavit. Ne igitur mireris, Amice  
in paucis dilecte, me intimi pectoris igni tempe-  
rare non posse, quominus tam opportunam nactus  
occasionem in gratulationes erumpat. Dum itaque  
hac VI. Maji, natali Tibi die, omnium desiderio,  
non hodie neque nudius tertius de Te concepto,  
satisfacis, præclaros Tibi progressus ex animo  
gratulator, & quot flores, quot vernum tempus pro-  
ducit plantas, & quot in Euphorbiæ Genere Spe-  
cies sunt & Varietates, tot Tibi ex toto pectore,  
exopto commoda.

NICOLAUS NYMAN.



D. D.

PLANTÆ  
ESCULENTÆ  
PATRIÆ,

QUAS,

EX CONSENSU AMPL. ET EXPER. FAC. MED.  
IN ILLUSTR. ACAD. UPSALIENSI,

PRÆSIDE

NOBILISSIMO & CELEBERRIMO VIRO

DN. DOCT. CAROLO  
LINNÆO,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO

MED. ET BOTAN. PROF. REG. ET ORD.

ACAD. IMP. N. C. MONSP. STOCKH. BER. TOL:

UPS. SOCIO,

SPECIMINIS ACADEMICI LOCO

PUBLICÆ VENTILATIONI SUBMITTIT

JOHAN HIORTH,

CHRISTINÆHAMNIA WERMELANDUS

IN AUD. CAR. MAJ. D. XXII. FEB. MDCCLII.

HORIS A. M. SOLITIS.

---

UPSALIÆ

Typis LAUR. MAGN. HÖJER.



KONGL. MAJ:TS  
TRO TJENARE OCH CORNET,  
ÅDLE OCH MANHAFTIG.

HERR MICHEL  
HIORTH,

MIN HÖGTÅRADE K. FADER.

**A**t den, som får hugna sig af en huld Faders  
omvårdnad, framför andra åger en oskattbar  
förmön, är en fanning om hvilkens visshet  
jag alltid påminnes, så ofta jag efterfinnar den öm-  
ma och oförtrutna omsorg, min K. Fader alt ifrån  
min spådaste barndom för min anständiga upfostran  
burit, samt den osparda omkostnad jag än idag åtnju-  
ter til mina studiers befördran. Deremot finner jag  
ock nogsamte huru en sons skyldighet emot en så  
ömsint Fader är större, än at den någonsin af ho-  
nom



nom kan tilfullo årkennas, ån mindre afbórdas. Ej underligt dertfore, om vid detta tilfallet, då jag borde min K. Faders mig bevista godhet på det högsta uphöja och beprisa, jag så vål af vålgierningarnas myckenhet och värde, som min egen oförmågenhet, nödgas låta en vörtnadsfull tyftnad vara mit tackfamma finnes tålk. Uptag dock, huldaste Fader, med vanlig ynnest detta mit academiska arbete, som jag nu för Eder nedlägger och til et, ehuru ringa, doch vördfamt vedermåle af min barnsliga årkenfla upoffrar. Jag har härutinnan korteligen upråknat och afhandlat de örter som våxa vilda i vårt Fådernesland, och kunna til människiors spis anvåndas. Himlen förlåne min K. Fader jemte min K:ste Moder en bådesåll och långvarig lifstid, så at jag, med mina K. Syskon länge får glådias öfver så hulda Föråldrars omvårdnad! önskar af alt hjerta

MIN HÓGTÁRADE K. FADERS

*lydigste son*  
JOHAN HIORTH.




MONSIEUR.

Notre amitié mutuelle m'engage à *rejoindre* de l'heureux succès de vos entreprises, & je me vois même obligé de vous donner cette marque de mon estime & de l'intérêt, que je prens dans tout ce, qui vous regarde. Votre belle Dissertation nous fait voir votre génie. Poursuivez donc ce, que vous avez si heureusement commencé, & n'épargnez aucune peine de cultiver & d'entretenir les belles qualités, dont la Nature vous a doué. Cependant je ne cesserai de vous souhaiter toute sorte de bonheur, & de me mettre tellement dans votre amitié, que vous n'aurez jamais raison de me reprocher le plaisir, que je prends de me dire,

MONSIEUR

votre très affectionné serviteur  
PIERRE LÖFMAN.





Ita cibo nutritur haud aliter ac  
lampas sustentatur oleo; sicut  
enim hæc, pinguedine deficien-  
te, mox exstinguitur, ita illa a-  
limento destituta, languet ac  
demum evanescit. Summus i-  
taque & Sapientissimus rerum

Conditor, qui cunctis animantibus constans quod-  
dam & inexplebile vitam conservandi desiderium  
indidit, benigne quoque ne ipsis alimentum pro vi-  
tæ sustentatione summe necessarium deficeret, cu-  
ravit. Homini autem animalium nobilissimo, prom-  
ptuarium præ cæteris lautissimum videtur adsignas-  
se; concessit namque ipsi, tam e radicibus vegeta-  
bilium, oleribus & fructibus, quam e Quadrupe-  
dibus, Avibus, Amphibiis, Piscibus, Insectis &  
Vermibus, adeoque omnibus in terra, supra terram,  
in aëre & denique profundo maris, victum quæ-  
rere & amictum.

quam.



Quamvis vero esum carniū, hominem non tantum nutrire sed & pinguefacere lubentes concedamus, nobis tamen visum est regnum vegetabile ipsi maxime idoneum proponere alimentum. Drupas enim, baccas, poma, olera & radices primorum hominum nutrimentum fuisse, non tantum indicat SACRA PAGINA, verum etiam scripta Auctorum Profanorum & Poëtarum id satis superque commonstrant. Hinc PLATO refert, *a carnibus majores nostros abstinuisse.* HIPPOCRATES *de pane:* *Primi homines, inquit, sola vegetabilia gustarunt.* Sic etiam DIRSÆUS *Lib. antiq.* OVIDIUS *Metam. Lib. 1. Fab. 3. & Lib. 15. Fab. 2. Fast. Lib. 4.* TIBULLUS *Lib. 1. Eleg. 3.* JUVENALIS *Sat. 6.* LUCRETIUS *Deodat. Lib. 1.* VIRGILIUS *Geor. Lib. 1.* alios ut taceam, unanimo consensu primos terrarum incolas, fructibus ac pomis, quæ sponte tellus ferebat, victitasse, & nulla animalia occidisse referunt. SHAW de *Mauritanis Africæ* narrat, eos adhuc glandibus suis quernis, costis licet & nostris dulcioribus, victitare, & in hunc usque diem *Magnæ Hispaniæ & Lusitaniæ* mensis secundis glandes adponunt. Quid, quod *Gymnosophistæ Brachmanes*, a Theophrasto & Plinio sapientes Indiæ appellati & inter veteres in summis Philosophis habiti, etiamnum frequentes in India, in tota illa ora maritima, ab Alfora ad Gangem, per mille miliaria, soli phytivori habitant, quibus religio est, attingere illud in quo anima viva fuit; nihil itaque nisi vegetabilia comedunt, gaudent tamen corpore robusto & fiunt longa-



gævi. *Essæi*, Judeorum celebris secta, e carni-  
esu omnino abstinuerunt. *Cartusianis Monachis*  
carnes gustare interdictum est, tamen athletici. *Stru-*  
*tura dentium* æque luculenter monstrat, hominem  
ad vegetabilia pulposa & fructos carnosos, drupas,  
baccas, poma, nuces, in primis comedendas, fabri-  
catum esse. Sic quoque majores nostri in Europa  
herbis & glandibus, *Argivi* pyris, *Medi* amygdalis  
*Babylonii* palmis, *Ægyptii* nymphæa, *Atbenienses*  
ficibus, *Perse* theribintini fructu, quondam victita-  
runt. Et adhuc plurimæ nationes, præsertim A-  
siæ, solis Palmarum fructibus, varie præparatis, &  
aqua vivunt, idque sine omni fere cura, & tot my-  
riadibus laborum ignoratis, quibus agricolæ  
nostri per totum annum gravantur; adeoque **KÆM-**  
**PHERUS** haud inique contendit, se nullum unquam  
vidisse populum, hoc facilius & tranquille magis  
viventem, cum suis palmis; quem ideo veterum *Lo-*  
*trophagos* esse statuit.

Ast insignius demum aucto genere humano,  
non omnibus terras hæc fertiliores inhabitare li-  
cuit, sed utrosque polos propius domicilia trans-  
ferre coacti sunt plurimi. Nec ibi perpetua æstas,  
cibum quotidie ipsis in manus quasi porrexit, sed  
longior hiems, haud quoque exiguum exposcebat  
victus copiam, brevi æstate conquirendam. Novi  
itaque horum climatum incolæ, terram alias non  
frugiferam, aratro & ligone excolere assidue alla-  
borarunt, ut hoc modo frumentum, & exinde pa-  
nem, ad supplendas vices fructuum, ipsis suppedi-



taret. Ut vero adhuc tutius & uberius sese, contra immensam hiemum voracitatem quasi & ingluviem, præmunirent, varias eam in rem excogitarunt artes, quibus aut victum a putrefactione & varia destructione liberarent, aut etiam variarum herbarum & aromatum impositione, sapidiorum redderent. Hinc Ars Coquinaria, qui multiplici coctione, assatione, salium & aromatum conditione, mixturis variis, frixatione, dapes infinite variabiles profert, ac hodie in luxu cœnisque dubiis instituendis, apud Nepotes & Assotas, ad summum fere provecta est fastigium.

Qui terras incolunt calidiores, quibus perpetua æstas, novum quotidie alimenti genus, e terra sponte velut propullulans, offert, in eo nobis feliciores sunt, quod minori ventris cura gravantur. Quotquot apud eos crescunt terræ fructus nostris communiter longe majores, dulciores & calore solis melius cocti reperiuntur; qui propterea corpus non tantum optime nutriunt, sed & gulam irritant. Sic plus quam quinquaginta *Palmarum* Species & præterea *Musa*, *Bromelia*, *Garcinia*, *Psidium*, *Carica*, *Dillenia*, *Chrysophyllum*, *Genipa*, *Spondias*, *Diospyros*, *Mammea*, *Chrysobalanus*, *Cordia*, *Zizyphus*, *Calaba*, *Ochna*, *Annona*, *Cactus*, *Ceratonia*, *Eugenia*, *Cornus*, *Persica*, *Armoniaca*, *Amygdalus*, *Pistacia*, *Pinus sativa*, *Fagians*, *Castanea*, *Cocus*, *Anacardium*, *Lycopersicum*, *Ficus*, *Melo*, *Cucurbita*, & longe adhuc plures, mensas eorum ditant. Nos contra in frigidis hisce regionibus, nec tantis, nec tam multis, nec nisi rarius



rius tam sapidis, locupletati sumus fructibus, quapropter frumentis magis inniti cogimur.

Frumentorum species variae sunt, & climatum naturam plerumque sequuntur. Sic meridionalium incolae nihil fere præter *Oryzam* amant, in australibus Europæ *Tritico* imprimis victitant, in mediis Europæ *Secali*, in borealibus nostris Norrlandis nihil nisi *Hordeum*, & in frigidissimis subalpinis sola *Auena* maturitatem assequitur; hæc tamen semper hilares & quieti vivunt homines. Quapropter non satis admiranda est provida Summi Numinis cura, qua pauperibus pane suo vilissimo, aliquantulo lactis vel obsonii addito, æque contentos esse concessit ac ditiores summa eorum abundantia.

Quum apud nos omnes frugibus ita assueverunt farinaceis, ut in iis præcipuam victus sui basin usque a teneris posuerint, non raro inde accidit, ut segetibus casu quocunque destructis, in summam incidant miseriam & fame sæpius moriantur pauperiores; quum enim in hisce calamitatibus, quid potissimum suscipiendum sit nesciant, latrantem stomachum inconvenientissimo & naturæ maxime inimico ciborum genere citius implent, quam ut herbis ad esum aptioribus sese satiarent; nec id aliam ob causam, quam quod naturam harum & effectum ignorant, ac eapropter utiles a noxiis discernere nequeunt.

Hisce itaque commotus, herbas nostras indígenas pervolvere, & quas experientia varie collecta esui potissimum esse docuit, hæc enumeratas sistere.



sistere decreui; idque ut non tantum pauperes, quibus ipsi, urgente annonæ caritate, pro sua meliori quodammodo sustentatione utantur, sciant, sed & ut benevolo Lectori ante oculos ponatur, quam lautam esculentorum vegetabilium copiam Natura munificentissima nobis quoque concessit.

Heic vero supponam Plantas Suecicas incolis & possessoribus notas esse suis; si minus autem, in omni facile paræcia datur doctus Sacerdos, qui, si nomen eruditi mereri voluerit, facile herbam quamcunque egentibus ex ductu FLORÆ SUECICÆ, NOB. D. PRÆSIDIS demonstrabit, illam namque heic fundamenti loco præstruam, utpote quæ tam plantarum apud auctores nomina, cum earum descriptionibus & figuris optime indigitat, quam earum etiam in qualibet provincia appellationes indicat.

1. <sup>\*\*\*</sup> SALICORNIA <sup>\*\*\*</sup> *herbacea* <sup>\*\*\*</sup> crescit sat copiose ad littora maris in Scania, Gotlandia &c. Herbam hanc in Anglia aceto & sale condiunt & ad Acetaria asservant. *Raj. hist. p. 211.*

21. PINGUICULA *vulgaris*. Lac compactum Hyerboreorum, nostratibus *Tätmiolk*, apud Norlandos usitatissimum, conficitur cum folia plantæ recentia & pinguedine rorida, filtro imponuntur, quibus lac nuper emulctum & naturaliter calens, adfunditur; quod citissime filtratum, per unum alterumve diem, ad quietem ut acescat reponitur; unde lac istud longe maiorem, & tenacitatem & consistentiam, quam alias accidit, acquirit, nec ferum ut alias contingit, præcipitatur; contra vero pala-



lato maxime gratum redditur, licet cremor istius sit parcior. Tali modo semel hocce lacte præparato, non opus nova pro novo adhibere folia, sed modo dimidium cochlear antea præparatæ lactis, ut misceatur cum recenti necesse est; sic eandem acquirat naturam, & aliud lac, simili modo in suam naturam, fermenti instar, mutare valet ac etiam si in infinitum procederet hæcce mutatio, ab indole suæ ne minimum deflectere videtur vis ultima, & hoc naturæ phenomenon singulare, exteris adhuc ignotum est. *Flor. lapp.*

32. VALERIANA *Locusta*, crescit copiose in arvis & apricis Scaniæ, ut & juxta Holmiam & alibi; folia vere & autumnò antequam caulescat herba, leguntur, & radice rejecta, cruda eduntur, cum oleo, aceto & sale, loco lactucæ, cum qua sapore grato & vi humores demulcendi certat.

49. SCIRPUS *maritimus* juxta littora maris crescens, radicibus gaudet nodosis, quæ effossæ, ficcatae, inque farinam redactæ, erunt pauperibus, urgente annonæ caritate, pro pane.

85. BROMUS frequens in agris secalinis, at reliqua contabescente segete frequentissimus, unde vulgus secale in bromum permutatum esse opinatur. Semina meliori fruge immixta, panis conficiendo inserviunt, dum vero justo majori adsint copia, panem infuscare & edentes primum quasi temulentos reddere dicuntur.

90. FESTUCA *aquatica* apud nos ubique in fossis & juxta flumina, lacus, paludesque copiosius  
ac



ac unquam alia regione crescit. Semina quotannis in Polonia collecta & inde in Germaniam, interdum quoque in patriam nostram, sub nomine *Seminum Mannæ* transportata, in pulmentis magnatum, ob vim nutriendi saporemque suum gratum, non raro adhibentur; mirum itaque nationem nostram horum collectionem hucusque neglexisse, præcipue cum adeo facili colligantur & purificentur labore, *confr. It. Scan. 348.* Ad farinam redacta, in panis, placentarum vel aliorum ciborum præparatione, cæteris cerealibus parum cedunt.

97. *AUENA volitans* molestum & in agris nostris maxime abundans gramen est, præcipue messe cæterarum segetum deficiente. Agricolis istud una cum reliqua fruge inferentibus, mirum quantum illudit, semina sponte demittens; quæ si colligere quis voluerit, paulo ante maturitatem dissectum gramen, tribulario ut siccetur, dispergendum erit, dum sponte proreptantia, absque tribulatione obtinentur; & hisce ita perceptis ad cibos loco melioris avenæ utuntur Dalekarli.

103. *LOLIUM temulentum* per totam quidem Sueciam frequens, maxime vero in Gotlandia in vervectis præsertim lini; grandia ejus & conspicua semina pro pane & cibo quodammodo inserviunt non ita vero potui; bibentes namque temulentos valde & fere cæcos efficit; noxius autem ille effectus in tostione panis quoad partem maximam perit.

105. *TRITICUM repens.* Nullum hoc copiosius & agricolis tam molestum unquam reperitur  
gra-



gramen, quod quantum reliqua seges decrefeit, tantum illud se multiplicat & accrefcit. Radices interarandum acervatim colliguntur; quæ dein purgatæ, lavatæ, siccatae, contritæ inque farinam redactæ, sæpius annona premente, tanquam panis adhibentur, & aliud quidpiam egentibus prius deficiet quam harum sufficiens copia. De cæteris, possunt omnium graminum semina pro alimento usurpari, pleraque tamen minutiora sunt quam ut sufficienti conquirantur copia.

131. CORNUS *herbacea*. Illam copiose profert Norlandia, & hujus baccæ a pueris ibi comeduntur, quum pulposæ & saporis haud ingrati sint.

134. TRAPA jam apud nos rarior herba, sed facile multiplicaretur, quum in aqua dulciori, lacubus nimirum & fluminibus, crescens, ab omni hiemum frigore, æque incolumis heic ac in climate calidiore, conservatur. Nuces profert, magnitudine ferme amygdali, cui etiam sapore grato & vi nutriendi persimiles sunt, ideoque in mensis secundis ab exteris comeduntur, & Venetiæ quotidie in foro sub nomine *Nucum Jesuitarum* venduntur. Hujus itaque frequentiore culturam, popularibus meis commendatam volui, tanquam majoris in œconomia momenti & adhuc nemini excogitata, qua tamen maxima pars fluminum & stagnorum fertiles & fructiferæ, fierent.

153. ANCHUSA. Folia tenera, primo vere lecta ac in jusculis loco Brassicæ concocta, in Uplandia vulgo adhibentur, dum cibum præbent salubrem & nutrientem, vix autem alibi usitatum.



161. PRIMULA *vulgaris*. Foliis utuntur Angli in oleribus, placentis & acetariis, ac non tantum mollia sunt & nutrientia, sed & admodum corroborantia & nervoso generi utilia. Corollæ vino impositæ, jucunditatem augent, unde vinum primulæ, Suetice *Oxlagwin*, vulgo notum.

176-183 CAMPANULÆ, quarum fere omnes species esculentæ sunt, tum quoad Radicem ante quam caulescant, tum quoad Folia, quæ collecta edantur, & quidem species maxima 180 majorem præ ceteris suppeditat copiam, juxta radices montium luxurians; harum vero in cibariis usus nostratibus hucusque latuit.

195. RIBES *Grossularia*. Baccæ non solum crudæ eduntur cum sapore, sed & grossi in embemata coquuntur, nec non lagenis, aqua fervente antea calefactis & suberibus dein bene reclusis, injecti, in futuros usus diu servantur.

196. 197. 198. RIBES In oris nostris borealibus optime vigent; baccæ crudæ sapidissimæ, in robos & syropos præparatæ ad refrigerandum & orexin exitandum circa assaturas, vulgo adhibentur.

208. CHENOPODIUM *Bonus Henricus*, ubique luxurians in areis villarum. Turiones, germina novella & florum tyrsi, dum adhuc teneri sunt, coquantur aqua aut carniū juscūlo, & cum butyro liquefacto, non sine delectamento comeduntur, siquidem sapore & vi nutriendi Asparago per simili, gaudent. Foliorum alioquin verno tempore loco brassicæ usus apud externos jamdiu invaluit.



220. **ERYNGIUM** *maritimum* præsertim juxta littora maris crescit. Turiones ante florescentiam in modum asparagi præparatæ, grate sapiunt, optime nutriunt vigoremque reddunt.

223. **DAUCUS** *sylvestris*, in variis locis Uplandiæ, non minus ac alibi, juxta margines agrorum crescit & cum Dauco sativa eandem constituit speciem, quare etiam radices, ante caulescentiam si sumantur, eundem cum ipsa & saporem præstant & usum.

231. **HERACLEUM** *Branca ursi*. Poloni & Lithuani ex foliis & seminibus, addito fermento, potionem coquere feruntur, quæ pauperibus sit loco cerevisiæ. *Dod. pempt. 307.* Camischatsenses caules nudos probe decorticatos comedunt. *Gmel. Sibir. 214.* Russi petiolos foliorum radicalium decorticatos & in sole suspensos, ut aliquantulum siccentur, colligunt in fasciculos & denuo suspensos, donec flavidi evaserint, saccis imponunt, in quibus farina quædam dulcis saccharo analogâ efflorescit, quem petiolorum quassatione colligunt; hoc Saccharum convivis cupe-diarum loco offerunt. Quomodo ab iis etiam spiritus ardentes destillantur, vide apud *Cl. Gmelinum l. c.*

233. **ANGELICA** *alpina*. Caules antequam umbella explicata est, decorticantur & esitantur erudi a Lapponibus, instar pomorum sapidî & salubres. *Fl. Lapp. p. 69.* Semina etiam tingunt spiritum frumenti gratiore odore & sapore.

242 **SCANDIX** *Cerefolium* crescit in agris Gotlandiæ, folia eduntur cocta in jusculis, nec non



adhibentur ad panatellas & placentas, quas sapidas & gratiores reddunt.

245. *CARUM*, frequentissimum in agris nostris sed plerumque neglectum, Radices ad huc teneræ in cibis ipsa etiam pastinaca jucundiores & delicatiores sunt. *Parkins.* adeoque latrantes stomachos pauperum sæpius possent apud nostrates compescere. Semina adduntur pani acidiusculo & caseis ad corroborandum stomachum; frequens etiam est horum usus in Suecia australi in spiritus frumenti destillatione. *It. Scan.* 139. 178. 201. Folia tenera cum oleribus coquuntur.

248. *APIUM* sponte crescit in Scania, cujus radix in hortis culta in acetariis & jusculis notissima est.

262. *TULIPA*. Peregrina planta dudum apud nos, in variis locis, indigena evasit ac vulgarissima, & radice nimium sese multiplicat. Bulbi hujus cocti ac cum butyro & pipere esei sapidi & salutares sunt, teste *Parkinsonio*, *Laurembergio*, & *Sim. Pauli*.

264. *CEPA sedilis*. Folia minutim conscissa miscentur butyro & imponuntur piscibus quotidiano usui.

265. *CEPA sylvestris*. Folia frequentissime primo vere lecta, inter olera & plantas vernaes in jusculis coquuntur.

266. *PORRUM amphicarpon*, in Oelandiæ & Gotlandiæ agris frequens, hujus radices loco *Allii mensis* inserviunt.



272. ASPARAGUS crescit in australioribus Sueciæ. Turiones golæ irritamentum cum butyro & pipere cocti, sapidissimi, vires veneremque exitant.

274. CONVALLARIA *Polygonatum*. E radicibus, urgente annonæ caritate, panis succedaneum conficiunt rustici Satagundiæ. *Diff. de Satag.* Turiones eduntur Constantinopoli uti Asparagi. *Bell. Itin.*

277. ACORUS. Radix aromatica est suppletque vices Cinnamomi, Piperis, Zingebri, in defectu aromatum Indicorum.

290. BERBERIS. Ex baccis acidissimis fit cum saccharo rob & gelatina omnium sapidissima. Succus baccarum expressus loco succi Citri inservit ad confectionem potus Polopuntia. *Act. Holm.*

292. 293. RUMEX *Lapathum*. Semina exicata in annonæ caritate inserviunt ad confectionem panis, sed multum obstruunt. Folia primo vere cum oleribus coquuntur.

295. RUMEX *acetosa*. Folia cocta in jussulis, nutriunt & sapida sunt; est quoque earum usus in embemmatibus sat vulgaris, & a Lapponibus per æstatem lecta, cum lacte coquuntur, unde lac illorum *Juentomelke. Fl. Lapp. 93.*

303. ACER primo vere sub frigidis noctibus & calidis diebus vulneratum, lacrymam stillat, Betulæ in modum, quæ lento igne cocta & inspissata præbet saccharum candidum, instar sacchari officinarum.

304. EPILOBIUM *irregulare*. Radix sub terra asparagos innumeros pedales & bipedales, crassitie



litie digiti, exserit, quos nemo in usum vertere apud nos tentavit; sapor oleraceus esculentos diceret, quod etiam confirmatur observatione Cel. Gmelini in *Fl. Siber. 1. p. 218.* qui refert, medullam caulium inter cupedias Camschadalarum non infimum obtinere locum.

312. **VACCINIUM** *maximum*. Baccæ ingurgitantur a pueris, copiosius vero assumptæ temulentiam cum fugaci cephalaria interdum causant.

313. **VACCINIUM** *nigrum*. In sylvis nostris baccæ copiosissimæ leguntur, quæ crudæ grati sunt saporis & siccatae in panatellis infarciendis adhibentur.

314. **VACCINIUM** *vitis idæa*. Hisce nullæ in sylvis nostris frequentiores baccæ, autumnali tempore largius ingurgitantur, & ex iis præterea rob & gelatina in mensis nostris usitatissima præparatur.

315. **VACCINIUM** *oxycoccus*. Baccæ quin edantur, nimium, quod illis inest acidum impedit, harum vero cum saccharo præparata gelatina, quid in mensis nostris iucundius?

321. **BISTORTA** copiosissima in apricis Norlandiæ, cujus e radicibus exsiccatis & in farinam reductis panis premente annona parari posset, & hujus usus apud Samojedas necessarius adeo invaluit, ut cum carnibus Tarandorum & ferorum unicuique fere ipsis nutrimentum præbeat, teste *Cl. Gmelino*.



322. **POLYGONUM** autumnno, peracta messe, agros viasque tegit, & feminibus quidem parvis, numerosissimis tamen & valde ponderosis gaudet, quæ ad omnia in quibus Fagopyro utimur perutilia sunt.

323. **HELXINE scandens.** Semina quoad genus, figuram, magnitudinem & saporem Fagopyro simillima, in vervecitis summa interdum reperiuntur copia; & quum utilitate quoque Fagopyrum æquent in annonæ caritate minime negligenda esse suadent *Act. Holm. 1750.*

339. **ARBUTUS Uva ursi.** Baccæ crudæ haud grati saporis sunt, sed latrante stomacho, tam crudæ quam siccatæ & ad panem redactæ consumi possunt, satendum vero quod nimis adstringunt.

377. **SPERGULA.** Accolæ maris septentrionalis, in Finmarkia Norvegica, destructa segete, ubi hæc planta luxuriat, herbam secant, & colligunt femina pro pane vicario conficiendo.

385. **OXALIS Acetocella,** jussulis & oleribus, quibus immiscetur, saporem conciliat gratum.

388. **SEDUM rupestre** ad radices montium Westrogothiæ frequens, & in hortis Belgicis plantata, inter olera locum obtinet.

395. **SEMPERVIVUM,** copiosissimum sæpe in tectis Sueciæ australis; folia crassa, succulenta, tenera, nobis in jussulis loco Portulacæ inservire possent.

396. **PADUS.** Baccæ crudæ a nonnullis copiose ingurgitantur cum sale.



397. PRUNUS *sylvestris*. Baccæ contusæ & vino impositæ, idem non tantum tingunt gratissimo colore rubro, sed & saporem ipsi addunt jucundiorum, sunt namque, austera licet & acidiusculæ, Persicis amaris admodum similes. Folia tenera leviter tosta, inservirent nobis in infuso, loco Theæ Chinenfis.

398. CRATÆGUS *Scandica*. Arbor frequentissima in Oelandia. Baccæ a rusticis non sine delectamento comeduntur, præcipue dum frigus autumnale leviter ipsis attegit; optime insuper præ ceteris fructibus horæis nutriunt. Modum vero quo ab ipsis premente annona panis & potus præparatur, vel spiritus ardentes destillantur, optime docet *Dressius. Beskr. öfwer twenne slags fruktbarande Trån. Stock. 8vo.*

399. CRATÆGUS *oxyacantha*. Baccæ siccatæ & in farinam redactæ, etiam inserviunt pro pane vicario conficiendo, nimis vero obstruunt.

400. SORBUS. Succus baccarum expressus dat nobis Cideram, potum sapidum, at baccæ siccatæ & in pulverem contusæ panem salubrem præbent. Nonnullis etiam in usu fuit ex illis spiritum ardentem destillare, cujus inde productum quamvis parciolem, optimum tamen & fragantissimum receperunt.

402. MALUS in Suecia australi sat frequens. Pomorum in cibariis varius datur usus, vel enim cruda, vel assata, vel iusculis immixta vel denique cum aqua & aliquanto lactis concocta vulgari-



niter a rusticis aliisque summo cum delectamento comeduntur. In succum expressa & vini in modum fermentata Cideram exhibent, quæ cum vino, etiam meliori, certat; cuius ideo usus in Anglia & Norr-mannia evasit vulgaris. Ex hac vero iterum fermentata acetum eideræ etiam ubivis notissimum conficitur; interdum quoque ex iis spiritus destillantur sapidissimi, minus autem copiosi. Poma decorticata & in fornibus leviter tosta, ad farturas reponuntur; conscissa lamellatim dum cruda sunt & panatellis interposita sapidiore eas reddunt; per cribrum denique trajecta ferculum præbent delicatissimum.

CERASUS in monte Westrogothiæ *Kinnekul-le* & in Scania crescit. Baccæ tam crudæ quam siccatæ vulgo varie comeduntur; gummi vero quod ex ea vulnerata sensim profluit, eadem qua gummi arabicum pollet virtute, de qua D. D. HASSEL-QUIST ex Ægypto refert plus centum homines obsidione cinctos, per duos fere menses, vitam absque alio cibo sustentasse, eo unice quod aliquantulum gummi interdum in ore susceptum & inde liquefactum deglutierunt. Id quod militibus in oppidis obsessis, vel fugam e captivitate hostium, per desertam molientibus, singulare ad vitam sustentandam solatium foret & sublevamentum.

404. FILIPENDULA *Molon* in campis frequens. Radices tuberosæ pisiformes siccatae & in farinam contusæ panem vicarium præbent sane non contemnendum.



406. 407. ROSA. Baccæ exacinatæ ad mensas secundas condiuntur; ex cynosbatis siccatis jam vulgo juscula delicatiora coquuntur. Coctæ nutriunt optime & in farinam redactæ panis vicem subeunt, nec non ad varia farcienda adhibentur. E petalis destillatur aqua suaveolens, cujus usus etiam in cibariis varius est.

408. RUBUS *ideus*. Baccæ crudæ bene sapiunt; saccharo conditæ adhuc melius. Succus expressus & rite fermentatus vinum gratum præbet.

409. 410. RUBUS. Baccæ crudæ sapidissimæ si vino imponuntur suavem ejus saporem valde augent.

411. RUBUS *saxatilis*. Baccæ a pueris præcipue ob saporem gratum ingurgitantur.

412. RUBUS *norlandicus*. Baccæ crudæ inter omnium sapidissimos Europæ fructus, & saccharo conditæ inter cupedia delicatissima non immerito numerantur; vino impositæ adeo istud jucundum efficiunt, ut licet antea vulgare, jam cum præstantioribus certet.

413. RUBUS *Chamæmorus*. Baccæ crudæ non sine delectamento comeduntur, & in vasculis ligneis conditæ, e Norlandia haud exigua quotannis copia exportantur & Holmiæ æque ac alibi venditæ in mensis loco rob adhibentur.

414. FRAGARIA. Baccæ tam crudæ, quam præcipue saccharo adpersæ, vel lacti immixtæ, ubique in summis habentur deliciis.

423. GEUM *caryophyllatum*. Radices lectæ antequam caulescant & cerevisiæ impositæ jucun-



eundem ipsi & odorem addunt & saporem, ac ab  
acescentia præcavent.

460. RANUNCULUS *Ficaria*. Folia in Up-  
landia verno tempore lecta inter olera coquuntur.

480. ORIGANUM loco majoranæ jussulis  
immisceri posset. Folia tosta etiam, quum Theæ Chi-  
nensi similia adeo sint, ut ab ea non nisi difficiliter di-  
scernuntur, non video quid impediatur, quin fre-  
quentius pro herba illa, jamjam nobis tam necessaria,  
adhiberi possent in intulo.

473. CALTHA. Floribus statim sub explica-  
tione lectis & muria acetoque conditis, Capparidis  
loco utuntur nonnulli.

490. STACHYS *palustris*. Radices carnosæ,  
coctæ, possent esitari, ut & siccatae inque farinam  
reductæ ad panem vicarium adhiberi.

511. MELAMPYRUM *arvense*. E seminibus  
hujus etiam panis vicarius interdum conficitur, qui  
tamen fuscus & subamarus evadit.

533. LEPIDIUM *perenne* loco Armoraciæ  
carnibus coctis imponi posset.

537. COCHLEARIA *vulgaris* in acetariis  
expetitur.

540. COCLEARIA *Armoracia* tanquam præci-  
puum appetitus exitamentum circa esum carniū &  
piscium usitatissima.

547. BRASSICA *Napus* in arvis Gotlandiæ  
sat copiosus, & Rapis nostris vulgaribus sapidior,  
tam crudus, quam variis ferculis immixtus editur.  
Ex hujus præcipue seminibus, æque ac omnium



Tetradynamiaë Siliquosæ, olea exprimi possunt, quorum usus tam in cibariis, quam alias in defectu olei Olivarum insignis est.

548. SINAPIS *arvensis*, ita in agris nostris luxuriat, ut meliorem frugem tantum non omnem excludat, præsertim dum tenuis hæc est & rara. Folia cocta pauperibus loco Brassicæerviunt, & serius aut forte nunquam de hujus inopia questuri sunt egeni.

549. SINAPIS *culinaris*. Semina cum potu tenuiori comminuta circa carniū & piscium fercula vulgo adhiberi nemo ignorat.

552. SISYMBRIUM, *Nasturtium aquaticum*, herba in acetariis sapida & salubris.

557. ERYSIMUM *Barbaræa*. Foliorum in acetariis usus tempore verno vulgaris est.

559. 560. CARDAMINE. Utriusque usus idem est ac præcedentis.

570. CRAMBE, juxta littora Oceani crescit. Folia dum adhuc tenera sunt, loco Brassicæ coquuntur, maturiora namque temulentiam inducunt.

580. MALVA *procumbens*, juxta urbes pagosque frequens; foliis loco Brassicæ coctis vulgo utebantur veteres.

581. MALVA *major*, quam copiose profert Scania, ejusdem usus est ac præcedens.

589. SPARTIUM. Flosculi muria & aceto conditi, abeunt in succedaneum Capparidis.

596. OROBUS *tuberosus*. Radices coctæ sapidæ sunt & nutrientes, ac pro pane vicario inserviunt.



597. **OROBUS** *niger*, cujus radice olim Angli obsidione cincti vitam per aliquod tempus sustentarunt. *Raj hist. 916.*

598-600. **LATHYRI**. 601-605. **VICIÆ**. 606 **ERVUM**. 607. **CICER**. Horum omnium legumina & fere omnia herbarum Diadelphix semina, tam pro vicario pane, quam pro iusculis coquendis adhiberi possunt.

608 **PISUM** *maritimum* juxta littora maris nostri crescit, cujus cum seminibus incolæ comitatus Oxford-Schire Angliæ anno 1655 inedia afflicti sese sustentarunt.

612. **TRIFOLIUM** *repens*. Flores siccati pro pane inserviunt.

615. **TRIFOLIUM** *purpureum*. Flosculis siccatis inque farinam reductis Scoti fame pressi utuntur pro pane. Et hoc etiam modo omnia Trifolia & fere omnes flores diadelphi a 523 ad 590, ad panem vicarium adhiberi possunt. *Fl. Lapp. 273.*

627. **LEONTODON** *Taraxacum*. Folia verno tempore lecta, dum sese primum explicant & adhuc albida sunt, in acetaria præparantur, quorum in urbibus usus, sub nomine *pisenlit*, sat vulgaris.

631. **HIPOCHÆERIS**, valde in pratis nostris luxuriat aridioribus, cujus folia rustici Smolandix, tempore scenisee colligunt, & ut Brassica cocta comedunt; nec pauci sese a premente & molesta inedia præservarent, si modo horum usus vulgarior evaderet. *It. Scap. 52.*



543. **SONCHUS** *alpinus*. Lappones caules ante florentiam colligere, decorticare & crudos comedere solent, qui si oleo & aceto condirentur longe sapidiores fierent. Quum itaque & in humidis atque umbrosis conspicuam valde assequatur altitudinem, & facile feratur, neque hominibus neque pecoribus utilior fere plantaretur herba, bovis & pecoribus omnibus etiam experita.

644. **SONCHUS** *annuus*. Folia tenera inter olera collectitia coquuntur.

647. **SCORZONERA**, copiosa in pratis provinciarum australium; radices habet ad cibum æque idoneas ac Daucus vel Pastinaca, quæ etiam rite siccatae, & in pulverem redactæ ad panis confectionem conducunt.

648. **TRAGOPOGON**. Radices ante caulescentiam effossæ & per modum Asparagi coctæ, eandem cum ipso recipiunt gratum saporem, nec minus egregie nutriunt.

649. **LAPSANA**, antequam floret editur Constantinopoli cruda, Raphanum sapit, cocta autem amarescit. *Bell. itin.*

650. **CICHORIUM** copiose profert Scania. Folia primo vere lecta, dum primum explicantur, & antequam virescunt, eodem modo adhibentur ac Leontodon. Radices ante caulescentiam esculentæ sunt, & siccatae pani conficiendo intervium.

651. **ARCTIUM**. Caules priusquam flores emittunt dissecati, cortice nudati & rite concocti tan-



tanquam Asparagi sapiunt & nutriunt, crudæ quoque cum oleo & aceto comeduntur.

653. ONOPORDUM, Disci florum & caules juniores, ut in Cynara esculenti sunt. *Bæhm. Lips. 186.*

659. CARDUUS *Palustris*. Omnes fere cardui, verno tempore, dum adhuc non flores egerunt, nec calyces emiserunt, eundem quem Arctium præbent usum.

666. TANACETUM. Foliatenella in placentis ex ovis & farina gratissimum caussant ferculum.

667. ARTHEMISIA *vulgaris*. Folia in Anse-  
re Trajano infarcta saporem ipsi conciliant gratum.

670. ABSINTHIUM cerevisiis acidis imponitur, ad eas corrigendas.

711. CNICUS, in Scania reperitur. Folia loco Brassicæ, maxime in Russia, adbibentur; & huic quoque usui sufficiunt, quum & ampla excre-  
scant & multa.

712. CALENDULA. Radio corollæ multi pro Croco utuntur, dum boni & fragrantis saporis atque odoris est.

744. CALLA. Vestrobotnienfibus aliisque stolonibus hujus repentes nec raro integras paludes subtegentes, colligere, e radiculis foliisque (licet plerumque ante foliorum eruptionem, primo nimirum vere conquirantur) purgare & dein siccatas, comminutas inque farinam redactas, per unicam horam in aheno, donec feculæ istæ subcidant, concoquere mos est; hæ denique feculæ, aqua effusa, iterum exsiccantur, sicque ad panem conficiendum con-



conducunt; adeoque ex acri ista herba, fit panis sapidus ut ab Aro, Borecalibus nostris sub nomine *misfebréd* notissimus. Ac uti nuper in Gallia ex Aro Pulverem Cyprium præstantissimum præparare cœperunt, foret nobis experiendum an non ex hoc Ari congenere idem effici posset, præsertim cum pulvisculum illud ad nolum care vendatur & pauci hujus conficiendi privilegia consecuti sint.

773. URTICA, *perennis*. Verno tempore dum primum e terra prorumpit loco Brassicæ vulgo præcipuum obtinet locum.

776. BETULA. Succus primo vere ex arbore fauciatâ stillans dat potum diureticum suavissimum; fermentatus dein & rite præparatus cum vino cerat, nec raro a nonnullis per totum fere annum conservatum in mensis proponitur.

748. QUERCUS. Glandes premente annona vulgo pro pane adhibentur, multum tamen obstruunt, eas namque antequam moluntur igne torrere nescit vulgus.

785. FAGUS. Glandes hujus si ad cibum applicantur temulentiam inducunt & Cæphalagiam, leviter itaque more Castaneorum antea torrendæ sunt, aut etiam bene ficcatae & ad farinam redactæ in aqua coquendæ sunt & elixandæ in modum Calæ, ut inde vi sua narcotica liberatæ ad panem magis idoneæ fiant, gravius vero igne maceratæ abeunt in succedaneum Coffeæ.

787. CORYLUS. Nuçum in cibariis usus nemini latet.



788. PINUS. Dalekarli aliique ex hac arbore panem sibi comparare probe norunt; selecto namque trunco maxime æquabili, cui minima inest resina, corticem ipsi detrahunt, idque verno præcipue tempore dum eum facillime demittit, quem deinde siccatum in umbra, leviterque, ut porosus fiat, tostum, diminutum denique & in farinam molendo contusum, ad panem succedaneum tenuissimum, Sv. *Tunnbröd*, conficiunt; observandum vero, quod farinam aqua calente antea elixatam, cum aliquantulo frumenti plerumque commiscere solent, & hoc ita præparato, non tantum inedia pressi victitant, sed & uberiore licet annona gauderent nonnulli, hoc nihilominus vescuntur, ne tandem desuetudo abs hujus esu frequentiori, nimiam ipsis adferat molestiam. Pueris nostratibus in deliciis est comedere librum recentem primo vere cultello vel filo orichalceo derasum. It. *Oeland. 127.* Turiones pini destillati spiritum dant optimum, fragrantissimum.

789 ABIES. Liber primo vere eodem modo quo Pini a pueris interdum abraditur & ingurgitatur. E foliis Abietis more Canadensium potum conficere sapidum & salubrem nuper docuit Cl. D. *Kalmius in Act. Stockb.*

817. MYRICA, succedaneum Lupuli majorum nostrorum, & hodie quorundam rusticorum; nisi vero sat diu coquatur, cephalagiam causat certissime.

818. HUMULUS. Strobilos cerevisiæ ut ab æcescentia præservetur vulgo addunt. Turiones primo



mo vere erumpentes in cupediis magnatum consumuntur. Belgæ quoque ex oris borealibus magnam harum copiam ad mensas suas emunt.

824. JUNIPERUS. Baccæ contusæ in potum dulcem quidem & diureticum, sed ab acescentia præservatu difficilem, elixantur, nec non ab iis extractum coquitur Svetice *Enbårsmos*, quod nonnullis pro jentaculo est, sed medicina erit potius quam alimentum. Spiritus quoque ab iis destillatus ubique notissimus est.

832. EMPETRUM. Baccæ solummodo a gulosis & voracibus pueris comeduntur, sed justo majori copia ingurgitatæ cephalagiam inducunt.

846. POLYPODIUM *Filix mas*, Siberienses cerevisiæ incoquunt, unde gratus odor saporque rubi.

959. LICHEN *ciliatus*. Hic leviter coctus & dein adjusculum præparatus, vel in panem conficiendum ficcatus, Islandis diu innotuisse, indicant *Acta Hafniensia*. nuperrime quoque in *Actis Holmensibus* descriptus reperitur.

1010. FUCUS, aqua fontana irrotatus, & in loco calidiori suspensus saccharum exsudat. *Barth. Act. Dan. 4. p. 109.* folia etiam tanquam Lactuca esitari *Sibaldus in Scotia illustrata* refert.

FUNGI 1039. *Pepperling*. 1045. *Champignon* 1049. *Chantarelle* 1052. 1097. 1098. &c. in mensis magnatum quam pauperum notiores, frequentiores. Varii insuper fungi esculenti sunt, at plurimæ, quod non dolemus, nobis adhuc quoad usum ignoti. 1102. magis ut condimentum cibi quam alimentum colligitur.



III 16. LYCOPERDUM inter fungos esculentos primum tenet locum; sed pauperibus potius quam divitibus inservire animus est, &

*Vilibus ancipites Fungi ponantur amicis*

*Boletus Domino.* - - -

Breviter jam exposito primario plantarum in cibariis usu, non incongruum fore existimavi Catalogum heic annectere, quo uno velut intuitu, quot & quænam enumeratarum plantarum cuilibet ciborum præcipue applicentur generi appareat. Sic adhibentur

Pro Pane	Rosa	Malus
Scirpus	Stachys	Betula
Bromus	Melampyrum	Abies
Festuca	Orobus	Juniperus
Avena	Pisum	
Lolium	Trifolia	Ad Spiritus
Triticum	Scorzoneræ	Heracleum
Convallaria	Cichorium	Cratægus
Rumex	Calla	Sorbus
Epilobium	Quercus	Malus
Bistorta	Fagus	Pinus
Polygonum	Pinus	Juniperus
Helxine	Lichen	
Arbutus		In Pulmentis
Spergula	Pro Potu.	Festuca
Cratægus 2. sp.	Heracleum	Polygonum
Sorbus	Cratægus	Helxine
Filipendula	Sorbus	Lichen



## In Acetariis

*Salicornia**Valeriana**Primula**Apium**Cochlearia**Sisymbrium**Erysimum**Cardamine**Leontodon**Lapsana**Cichorium*

## Olera Cocta

*Anchusa**Primula**Campanula**Chenopodium**Scandix**Carum**Cepa**Rumex**Ranunculus**Sinapis**Crambe**Malva 2 sp.**Hypochaeris**Sonchus**Cnicus**Urtica*

## Fructus Horrai

*Corni**Ribium 4. sp.**Vacciniorum 4 sp.**Arbuti**Padi**Crategi**Mal**Cerasi**Rosæ**Ruborum 5. sp.**Fragaria**Juniperi**Empetri*

## Nuces

*Trape**Coryli.*

## Radices coctæ

*Campanula**Dauci**Cari**Apii**Tulipæ**Stachyis**Brassicæ**Orobi**Scorzoneræ*

## Tragopogi

*Cichorii*

## Turiones


*Chenopodii**Eryngii**Heraclei**Angelicæ**Asparagi**Convallariæ**Epilobii**Sonchi**Arctii**Carduorum**Pini**Abietis**Humuli.*

## Ad Robos &amp;

*Gelatinas**Ribes 4 sp.**Berberis**Vaccinia 3 sp.**Malus**Cerasus**Rosa**Rubus 3 sp.**Fragaria**Juniperus*

Con





### Condimenta

#### FERCULORUM

Primula  
Scandix  
Carum  
Cepa  
Porrum  
Rumex  
Oxalis  
Sedum  
Sempervivum  
Malus  
Rosa  
Origanum  
Lepidium

Cochlearia

Sinapis

Tanacetum

Arthemisia

Fungi

Lycoperdum

#### VINI

Primula

Prunus

Rubi 4 sp.

#### CEREVISIÆ

Genm

Absinthium

Myrica

Humulus

Polypodium

#### SPIRITUS

Angelica

Carum

#### LACTIS

Pinguicula

Rumex.

### Succedanea

#### CAPPARIDIS

Caltha

Spartium

#### AROMATUM

Scorus

#### COFFEÆ

Fagus

#### SUCCUS

CITRI

Berberis

#### SACHARI

Heracleum

Acer

Ficus


#### THEÆ

Prunus

Origanum

#### CROCI

Calendula.





# MIN HERRE.

**A**tt beröma Eder dygd och Edert snille,  
borde väl nu vara mitt göromål; men  
som den förre icke allenast förbjuder mig det, u-  
tan ock jag dertill finner mig mindre förmögen;  
och vi af det senare hafve ett så öfvertygande  
prof i händerna; vill jag hellre önska, att Eder  
möda, som alltid varet ledd af ädla affigter, må-  
te nu och framgent vinna den belöning, som så  
mångfaldigt öker Eder sällhet, att den upfyller E-  
dra vänners nöje och önskan.

\* \* \* \* \*  
JOHAN GEZELIUS.



D. D.

# HOSPITA INSECTORUM FLORA,

QUAM,

CONSENT. NOBILISS. ET EXPER. FAC. MEDICA  
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISS. ATQUE CELEBERRIMO

## DN. DOCT. CAROLO LINNÆO,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO,  
MED. ET BOTAN. PROFESS. REG. ET ORD.  
ACAD. IMPER. N. C. MONSPEL. BEROL. TCLOS.  
STOCKH. ET UPSAL. SOCIO,

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBJICIT  
ALUMNUS DE GEERIANUS

## JONAS GUSTAV. FORSSKAHL,

UPLANDUS.

IN AUDITORIO CAROL. MAJ. DIE IV. NOVEMB.  
ANNI MDCCCLII.

H. A. M. S.

---

UPSALIÆ, Exc. L. M. HÖJER, Reg. Acad. Typ.



KAMMARHERREN,  
WALBORNE HERREN,  
HERR CARL  
DE GEER,  
LEDAMOT  
AF KONGL. WETTENSK. ACADEMIERNE  
I STOCKHOLM OCH UPSALA,  
SAMT  
CORRESPONDENT  
AF KONGL. WETTENSK. ACADEMIEN  
I PARIS,  
HERRE  
TIL LEUFSTA ETC. ETC. ETC.

**S**nicker.  
De. Nedriga. Sinnens. Lätt.  
Uphöjer.  
Som. Oftast. Helt. Oförtient.

En.



En. Måttelig. Förtienst.  
Med. Omåtteligt. Beröm:  
Tillskrifter. Och. Lösskrifter.

Äro.

En. Almån. Wahra.

Och. Utmånglas.

Af. Lyckans. Trålar.

Otidigt. I. Alla. Tider.

För.

En. Glad. Mine. Och. En. Ringa. Winst.

MILDE. HERRE.

Hwad. Mig. Angår.

Kan. Jag. Aldrig. Sāga. För. Mycket.

Åldenstund.

Jag. Altid. Måste. Sāga. För. Litet.

I. Anseende. Til.

Wårdet. Af. EDER. Dygd.

Storleken. Af. EDRA. Förtienster.

Ymnigheten. Af. Flera. Års. Mig. Bewiste.

Wālgjerningar.

Tillåten.

At. Detta. Ringa. Arbete.

Nedlægges. För. EDRA. Fötter.

Sāsom. Ett. Wālment. Offer.

Och. Tillika.

Lānar. EDERT. Namn.

Sig. Til. Prydnad.

Årestoder.

Äro. Icke. I. Min. Fōrmåga.

De. Fōrāndras. Åfwen. Med. Åren.

Men.



Men.  
Min. Oföränderliga. Wörtnad. För. EDER.  
Tilwäxer. Dageligen. Med. Min. Ålder.  
Och.  
Mitt. Odödeliga. Nit. Och. Kärlek.  
Ombytes. Icke.  
I. Döden.

Hwarmed altså oafståtelsen framhårdar

*Wälborne*

Herr KAMMARHERRENS

ödmjukaste tjänare,  
JONAS GUSTAF FORSSKÅHL.





### §. I.



U<sup>i</sup> oculos primum in orbem nostrum conjecerit, altissimos quidem Montes, vastas Rupes, spatiosos Campos, ramosas Arbores, & ingentia ubique Animalia statim observaverit, mox vero, accuratius naturæ miracula contemplando, minimæ Herbæ, Ani-

malcula & Lapidēs conspectui sese offerunt; crebris enim observationibus cognitio nostra augetur, quæ eo ampliora incrementa capit, quo magis ad minutissimas etiam res studiosa indagine penetraverit. Nam quemadmodum sedulus quispiam Telluris descriptor majora delineando Regna omnium primo eam uno velut intuitu conspiciendam præbet, deinde vero in Provincias, Urbes, Parœcias & Pagos dividendo ad penitiorem ejus notitiam viam commonstrat, ut hospes fere mundi & alienigena is sit censendus, qui nihil, præter magnorum imperiorum situm, noscere didicit; ita eundem quoque in Naturæ Regnis ordinem cernere licet. Plurimi mortalium satis sibi oculati videntur, cum terram aquis divisam,



visam, viridi habitu decoram, floribusque mille colorum, tanquam totidem gemmis, exornatam intuentur, in qua animantia gradiuntur, aves volant, amphibia serpunt, insecta currunt, vermesque repunt; Sed hi erunt fere, qui talpæ domi vocari merentur. Neque enim negari potest, ineptum esse dominum ac possessorem, qui prædii sui non omnes & singulas partes accuratissime noverit, ut, inde calculis rite subductis, rebus suis providere, commodaque, quæ unquam sperari possunt, universa procurare valeat.

Benevoli igitur Lectoris favorem si non mereri, saltem opperiri liceat, cum eam nunc Historiæ naturalis particulam attrectare in animum induximus, quam plurimi hominum hucusque neglexerunt. *Insecta* loquor, quorum circumvagantibus *Flora* nostra *Svecana* agminibus domicilia offert & suppeditat. Opus hoc quidem est tam elaboratu difficile, quam raritate Scriptorum pene insolens.

Quapropter apud æquos rerum aestimatores id facile sum confecturus, ut juvenilia conamina mea boni consulant, cum tanto labori perficiendo & penitus absolvendo, paucissimi qui nostræ ætatis sunt, anni minime sufficiant, cui ne cana quidem innumerorum experientia vix suffecerit. Nos Symbolam in commune primi conferentes, læta jamdum spe istos fructus præcipimus, quos felix sine dubio posteritas aliquando perceptura erit.

## §. II.

INSECTA, ut numero & multitudine ceteros terræ incolæ vincunt, ita, si originem respicias, antiquitate hominibus non cedunt. Cognitio autem eorum, quando cum notitia reliquarum rerum naturalium contenditur,



tur, longe est recentior, cum minima hæc animalcula  
fero admodum sui nobis curam insinuaverint. Res ipsas  
nosse heic, quemadmodum alias semper, primus habe-  
tur sapientiæ gradus. Inter veteres ARISTOTELES &  
PLINIUS pauca admodum, ceteri fere nihil de Insectis  
resolverunt & ad posteritatis memoriam transmiserunt.  
Post æram renascentium litterarum, hæc diutissime  
scientia sepulta jacuit & fastidita. CONRADUS GES-  
NERUS, seculi sui sagacissimus, ille ceteroquin naturæ ex-  
plorator, qui primam velut facem rerum naturalium  
attulit doctrinæ, ad minores quasvis partes suam exten-  
dere industriam non valuit. Cujus discipulus JOH.  
BAUHINUS (*de Balneo Bolnnonensi*) totum se Botani-  
ces culturæ consecrans, intra hujus plerumque studii po-  
mœria, non secus ac COLUMNA, semper versatus fuit.

MOUFFETUM idcirco Anglum inter primos nu-  
meramus, qui horas suas labori, quem tunc temporis  
infructuosum judicabant, impendebat.

ALDROVANDUS, compilator omnino indefessus,  
scriptorumque multitudine insignis, ad hanc Scientiam  
illustrandam suas quidem contulit vires & industriam, ita  
tamen, ut corrasis qualitercunque antiquitatis observa-  
tionibus plurimum acquiesceret.

JONSTONUS in scriniis aliorum compilandis æque  
impiger, experimentorum ipse expers fuit, mansitque  
adeo inculta & nullo plane loco habita Insectorum theo-  
ria, ad medium usque seculi superioris, cum aliquot Pi-  
ctorum, qui exprimendis pulcerrimarum plantarum ico-  
nibus delectabantur, inter colligendum herbas, parva  
hujusmodi animalcula floribus infidentia animadverte-  
rent. Hi vero, ad conciliandam picturis suis eo mayo-  
rem venustatem, naturam imitati, eximiis illas præstan-  
tissimorum Papilionum imaginibus exornarunt, in qui-  
bus accurate pingendis cum essent occupati, nova quæ-



dam indies & præcipua observare cœperunt, donec pleno ad hoc studium colendum ardore pertraherentur: quorum in numero sunt ROBERT, HOFNAGEL, GOEDART, MERIANA, SCHWARTZIUS, ALBINUS, & ceteri.

Tandem, inventis *Microscopiis*, rerum naturalium periti, propiorem ad naturæ arcana nacti aditum, quæ prisco mundo secreta & plane incognita fuerant, in apri- cum produxerunt, nec, antequam minima etiam quævis incredibili solertia perlustraverant, destiterunt. Quo factum est, ut recta quasi via clarissimi homines ad scientiam amplexandam, quæ hucusque plus curiositatis, quam utilitatis habere visa erat, perducerentur, in quibus sunt LEWENHOEK, BONANNUS, VALISNERIUS, HOEK, JOBLOT, NEDHAM, cet.

Nemo tamen horum omnium SWAMMERDAMI diligentiam æquare potuit, quippe qui non tam de externa Insectorum facie, quam de interna imprimis structura, ferro anatomico accurate detegenda, sollicitus fuit. Cui immenso fere labori cum totum se dedisset, crevit cum inaudita cognitione admiratio tanti viri, cujus perspicaciam omnes venerabantur. Ad finem superioris & initium hujus seculi, celeberrima ingenia cum reliquis historiæ naturalis partes, tum hanc præcipue illustrandam sibi sumserunt.

LISTER, Gentis & ætatis suæ decus, *Araneis* in Anglia contemplandis maxime in vigilavit, quarum descriptiones adeo dilucidas edidit, ut sine exemplo ad id usque tempus elegantissimæ judicarentur.

RAJUS, quem inexhaustæ industriæ & operæ virum merito dixeris, postquam historiam omnium plantarum eo tempore cognitarum consignasset, reliquum vitæ insectis describendis dicavit, quorum etiam recensiones longe locupletissimas nobis reliquit. Impiger ille FRISCHIUS, metamorphosin, naturam & œconomiam singulæ pene in



in Borussia Insectorum speciei observavit, observationesque luculentas postmodum in lucem emisit. At fatendum, adhuc desideratum fuisse ingenium, cui hæc scientia nostra omnem propemodum splendorem suum, omneque pretium deberet, cum oriretur Gentis Gallicæ Gloria, maximus ille naturæ Scrutator, REAUMUR, quem tanto negotio tantum fata destinasse credere fas est. Hic Insectorum in vita universa, ab incunabulis ad agonem, indivulsus comes, natalitia eorum exposuit & nuptias, mores & vestitum, domicilia & œconomiam. Anatomiam juxta instituit, & iuxta velut funebria persolvit, ut, sic se gerendo, novum in antiquo orbem reclusisse sit censendus. Posthac igitur nemo facile, nisi artium ingenuarum plane hostis, hanc notitiam magis curiosam dicet, quam utilem, quin imo mentis humanæ reflexione apprime dignam pronuntiabit.

Sed mei ipsius immemor jure viderer & ab officio grati animi prorsus alienus, si hoc loco sine justa laude Eum præterirem, cujus in hanc historiæ naturalis partem summa sunt merita, quique me, studii hujus causa, per plures jam annos fovet, alit, beneficiis ornat. Entomologorum maximum nunc loquor, Generosissimum CAROLUM DE GÉER nostratem, cujus utrum virtutem magis, an eruditionem in hoc litterarum genere inusitatam mirari deceat, dubium est. Is enim, in magna rerum omnium affluentia & fortunæ velut gremio constitutus, voluptatibus faceßere jussis, quod tempus alii, seculi vitio, venationibus, confabulationibus, lusibus aliisque vanarum mentium illecebris, inconsiderate insumunt, id, animum a ceteris negotiis prudenter avocans, honestis & liberali homine dignis, hujusmodi recreationibus impendit. Equidem ab adulationis crimine quam longissime absum, cum apicem fere Scientiæ hujus Eum tetigisse contendo. Optimis microscopiis infecta



Acta singula perlustravit cum Lewenhœkio ; acutissimo ferro subjecit & dissecuit cum Swammerdamio ; vitam , originem , familias , instituta , mores , sedes , sponsalia , mutationes crebra & continua animadversione perspexit cum Reaumurio ; in classes & ordines , vigilantissimi ducis instar digessit : cujus rei prima documenta manifestissima civitas litterata nuper vidit in primo tomo : *Memoires pour servir a l' Histoire des Insectes. Stockb. 1752. quart.* Reliqua avidissime exspectamus.

Quæ Celeberrimus PRÆSES in singulis naturæ regnis illustrandis præstiterit , notiora sunt , quam ut longa heic commemoratione indigeant. Merita Ejus ingentia vel enumerare solum invidia non careret , qua propter aliis , qui facundia , non autem affectu , vincere me possunt , laudes Ejus percelebrandas relinquo. Ille vero , qua est diligentia & perspicacia , postquam in ceteris naturæ provinciis omnia rite instituisse & ordinasset , omnium primus A:o 1735. & deinde 1740. in systemate Naturæ *Genera* insectorum formavit familiasque eorum , hinc inde quasi dispersas , in ordinem digessit. Ut vero hanc cognitionem discipulis suis , quibus se totum devovit , eo faciliorem redderet , in FAUNA SVECICA maximam partem insectorum Svecicorum , in genera sua cum differentiis & specierum descriptionibus distributorum , fideliter recensuit. Pinacem etiam seu Synonymiam Specierum diu desideratam , ibidem sistit. Constitutam vero hanc a se methodum in Academicæ Pubis institutione pressè secutus , satis sibi præmii evenisse opinatus est , postquam in unico Sveciæ regno , plures hujus scientiæ amatores & procos brevi numerare potest , quam in universo alias orbe deprehendi certum est : Et id quidem non tam jucunditati ipsius studii , quam exquisitissimæ Viri Amplissimi sedulitati & fidei adscribendum



bendum esse, omnibus constat; cum disciplinæ alias, utilissimæ etiam, dum animo manuque ignava tractantur, facile marcescant, pretiumque suum amittant.

Hisce jam progressibus ad id fastigii, quod obtinet, evecta est cognitio insectorum Europæorum; stupor vero mens, cogitatione se ad terræ partes longius diffitas convertens, collectiones, quas PETIVER, SLOANE, CATESBY, EHRET, MERIANA, VINCENT, Auctor Musei Petropolitani &c. e regionibus non Europeis ferventibusque Indiis sibi missas adepti sunt, contemplando.

Dubius enim hæreo, utrum copiam, an magnitudinem, nitoremne & insolitam structuram adventantis coloniae hujus magis admirari conveniat. *LOVISA* nostra *ULRICA* Svecorum, Gothorum Vandalorumque Regina vere Magna & Augusta, quemadmodum prima propemodum est Principum, quæ inde a tempore Sabeæ Imperatricis & Salomonis, mirabilia Supremi Monarchæ & Creatoris debito venerationis honore oculis usurpat, sic ea sibi indulsit oblectamenta, quæ homines sceptronatos raro admodum afficiunt, vanis quippe splendore & illecebris mundi ut plurimum effascinosos, ut comparandis cognoscendisque *Insectis*, *Conchiliis*, *Coralliis*, *Crystallis* &c. divinum animum pascat & refocillet. Hinc ingentibus impensis multaque sollicitudine Museum Drotningholmense instituit, in quo exoticum orbem cum indigena vel junctum vel certantem mira voluptate perspicies. Est vero hæc collectio ex illarum genere, quæ similem nullibi locorum neque habet, neque forte unquam habitura est. Quod si sensu omni non careas, attonitus plane hic ante thronum curiosissimæ Reginae, habitu genuino ac splendidissimo cultos, regia in domo hospites Insectorum Indicorum contueberis delegatos. Anxii igitur illud tempus præstolamur, quo historiae celebratae hujus propaginis lucem publicam videbit,



debit , oculos in se animosque naturæ peritorum avidissimos converfura. Si autem temerarii mores & prava haut raro vivendi exempla latissime ferpunt & ex aulis Regum ad casas civium dimanant , certiffimam jure spem concipimus, fore, ut tantis auspiciis felix, scientia nostra , illa gloriæ divinæ promotrix communisque boni procuratrix , tam fixam apud nos sedem confequatur , quam fero eadem feptentrionem noftrum vifitavit.

### §. III.

Postquam recentiore fic ævo ad cognitionem Infeftorum Europeorum fpecialem perventum eft; heic minime nobis fubfiftendum effe, per fe patet : Ingenuus quifque de fructu & emolumentis ex ftudio hocce percipiendis maxime eft follicitus. Nam quemadmodum nihil fruftra a Conditore illorum factum effe poteft, ita mirabilem confiderare fas eft formam pariter ac ftructuram, vitam & mores, præcipuasque mutationes quibus larva in pupam, hæc iterum in volatile convertitur, unde fuma Summi Auctoris gloria oppido elucefcit. Efficit præterea accuratior ejusmodi obfervatio, ut perfpicere clariffime queamus, qua ratione contemtiffima hæc alias animalcula mundum velut in æquilibrio fuo contineant, qui fida ipforum opera deftitutus ftatim vel corrumperetur, vel infelix fenfim excidium effet paffurus.

Attendendum ergo quam diligentiffime eft, qua folertia orbem noftrum mundum præftent purgatumque fordes auferendo, cadavera abfumendo, æremque tali modo & terram purificando. Attendendum, quantæ Pifcium, Amphibiorum, Avium, & Quadrupedum multitudini alimentum præbent, quæ fine iis vel graviter admodum vel etiam ne vix quidem vitam fuftentarent.

Atten-



Attendendum, qualem generi humano usum sedulo exhibeant, aliis sericum, aliis mel, aliis ceram, aliis chermen, aliis coccinellam, aliis coccum, aliis alia copiose proferentibus. Attendendum denique, quam facili omnipotens Numen negotio vastos & immanes eorum exercitus sibi comparaverit, qui, jussu Ipsius, impiorum hominum scelera & lasciviam vindicaturi, integras haut raro regiones & imperia, nemine resistente, crudeliter sunt depopulati: modo enim Grylli & Locustæ nascentem agrorum viriditatem, modo pratorum gramina Larvæ devorarunt; modo hordeum Muscæ, fecale Phalænæ, radices gramineos Tipulæ consumserunt. Alia Insecta pomis, alia oleribus, alia foliis arborum vim inferre consueverunt. Segetum Mordellæ in agris, Curculiones frumenti in granariis, Dermestes alimentorum in cellariis, vestium Tineæ sunt populatrices, & ut nihil ad calamitatem aut inferendam aut augendam deesse videretur, Equos, Boves, Pecora & alia Animantium genera adgreditur sæpenumero atque disperdit vagabunda horum colluvies.

Plura huc spectantia adferre vetat quidem propositi ratio pagellarumque angustia; ex iis tamen, quæ alata sunt, colligi facillime potest, opinione longe majorem Insectorum in hoc universo vim esse atque efficientiam. Gravissima sæpe Oeconomia nostra patitur damna, & id quidem merito, si a pœnis, Justissimo impietatis Vindici DEO, datis; sed damna etiam multoties alias patitur per vecordiam nostram ac segnitiam, dum scilicet opera Conditoris contemplari negligimus & sapientissimas Ejus institutiones rimari, ut & detrimenta, quæ interdum ex regularum, systematis mundani perfectiones intendentium, collisione proficiuntur, quoad poterimus, averruncare. Quod si enim homulus impubes vel ignavus a pediculis periret, in ipsum  
B utique



utique interitus sui culpa redundare censenda est, qui ab ejusmodi se sordibus purgare non studet. Peculiare itaque cuilibet Insecto pernoctamus, oportet, si quid in his egregii præstare cupimus.

§. IV.

Quemadmodum ad certos fines reliqua animantia, sic etiam Insecta destinata sunt, & quidem, ut æquilibrium quasi quoddam inter res plurimas servant. Quibusdam enim hæ plantæ, aliis aliæ veluti sortito cesserunt habitandæ & vescendæ. Sunt singulis animalibus sua adsignata Insecta, quibus domicilium & victum ex naturæ lege debent. Sunt Insecta, quæ non nisi putridis delectantur; sunt, quæ cædibus in diversa genera sæviunt, immo vero, quæ, cum ejusdem sint generis, sibi tamen invicem non parcunt, sed affluvis bellis ac eladibus laceffunt destruuntque.

Equidem, cum intra arctos hosce paucarum pagellarum cancellos me tenere debeam, satis habebo indicasse, quæ Insecta Svecanas nostras incolant plantas, earumque radicibus, caulibus, foliis, floribus, vel fructibus victitent. Ex Insectis his Phytivoris multa esse polyphaga fateor, quibus variæ plantæ nutrimentum suppeditent, sed quæ hoc tempore sæpius missa facimus; insimul tamen dubio caret, Phytivororum plurima certam quandam plantarum speciem amplecti & horum quædam hanc, alia illam plantæ partem sectari. Neque vero non paucis datum est, ad ejusdem generis adfinitates evagari, & aliena forte genera, ejusdem tamen ingenii illa & naturæ vegetabilia.

Itaque ut ad scopum veniam, in recensendis plantis, quæ cuique familiæ ex vasta Insectorum gente attribui-



tributæ sunt, *Floram Svecicam*, tanquam obrussam, sequar. Neque vero dissimulandum est, multa esse vegetabilia, in quibus nullos deprehenderim incolas; tantum vero abest, ut hæc Insectis vacua pronuntiem, ut potius eadem aliis observanda & examinanda commendem. Ad amplissimam enim hanc rem transigendam plurimum in observando industria concurrat necesse est, eademque pluribus in locis opera collocanda. Opus vero aliquando ordiendum est, si ad fastigium id tandem perductum iri sperare fas erit. Ad Insecta vero quod attinet, *Faunam Svecicam*, tanquam indicem secutus sum, quo eo facilius eorum genera & differentiae cum synonymis & descriptionibus cuivis innotescant.

#### §. V.

Usum ex hac mea consideratione spero aliqualem in publicum redundaturum, utpote;

(a) Hinc facilis reddetur Entomologis ratio investigandi quamcunque Insectorum speciem, cum relatum hic legant, ubinam locorum quærenda sit.

(b) Quando his Insectum quoddam obtingit, cujus naturam & metamorphosin indagare student, sic facile id apto & accommodato alimento nutrire poterunt, absque quo oleum, quod ajunt, & operam perderent.

(c) In commodum etiam Botanicorum cedit. Reminiscor, quid ante haut ita multos abhinc annos contigerit: Ex seminibus a Virginia allatis plantæ proveniant, quarum una, cum flores nondum explicuisset, dignosci non poterat; sed cum larvæ *Tentbredinis* Fn. 935.



& *Curculionis* Fn. 460. coepissent rodere folia ejus, haut fallaci augurio indicavit Nob. D. PRÆSES hanc *Scrophularia* speciem futuram; id quod eventus confirmavit; Flos enim erumpens prodidit *Scrophulariam marilandicam*. *Hort. Upsl. p. 177. n. 4.*

(d) Poterunt Medici, id quod haut ita pridem opinatus est DERHAMUS, ab insectis Vires plantarum dijudicare, quandoquidem Insecta Phytivora ut plurimum eas eligunt, quæ earundem sint virium. Sic *Cassida* Fn. 377. *Lycopus* sectatur ac *Mentham*; sic *Papilio caudatus*. Fn. 791. Umbellatas, quæ sibi invicem maxime adfines; Sic *Papilio Aurora*. Fn. 801. *Thlaspi* campestre, *Cardaminem* pratensem ex *Tetradynamistis*.

(e) Hortulani & Olitores discent a plantis, quarum culturam suscipiunt, arcere Insecta infestantia e. gr. Radices *Lactucæ*, Folia *Brassicæ*, Turiones *Asparagi*, Flores & Fructus arborum.

(f) Oeconomis, qui graminibus, segetibus vel aliis plantis operam impendunt colendis, apprime est scitu necessarium, quæ Insecta plantæ cuilibet noceant: e. gr. radicibus *Humuli*, graminibus *Nicotianæ*, seminibus *Hordei*, caulibus *Secalis*, seminibus in Spicis *Triticeis*, radicibus & cotyledonibus segetum. Et, cum omnes fere plantæ usibus domesticis inserviant, quid singulæ patiantur fovendo hos infestos hospites, sedula indagine opus est.

(g) Oeconomis e re est, lucrum ex Insectis aucupantibus, nosse, quibus herbis alenda sint; si *Bombyces* voluerint, eligenda *Morus*; si *Coccinellam* tinctoriam, *Cactus*; si *Coccum* Polonicam, *Schleranthus* vel *Pilosella*;



la; si Chermis tinctoriæ diversas Species, *Betula*, *Carpinus*; Quod si Apum potior cura & alvearium,

*Hæc circum Cassiæ virides & olentia late*  
*Serpilla, & graviter spirantis copia Thymbræ*  
*Floreat, irriguumque bibant Violaria fontem.*

(b) Qui Oeconomix Divinæ Scrutinium institunt, hinc edocentur, illas plantas, quas ab animalium devastationibus immunes sistere consulum duxit Naturæ AUCTOR, sive quod terram præparare debent, sive umbram præbere, ac tegminis instar esse sepius aliis vegetabilibus, ne inquam, hæ ceterum essent inutiles magnæ hujus Reipublicæ cives, sed producerent ea, quæ Avibus & aliis Animalibus sustentandis inserviant, sua etiam quævis Insecta alere debere. Et hæc forte causa, quare arbores plura, quam herbæ, Insecta ferant. *Rumex*, qui a paucis, & *Urtica*, quæ a nullis fere Quadrupedibus expetitur, majorem Insectorum numerum capiunt, quam solent reliquæ.

Ultimo tandem cernere iidem possunt, qua prædientia mundum Sapientissimus ille CREATOR construxerit, ut, quamprimum herba aliqua, viribus & multitudine superior, ceteras suffocare incepérit, Insectorum mox contra eandem agmina, æquilibrii cujusdam quasi servandi ergo, congregentur; nam, naturali quodam stimulo, ad ea loca inquirenda impelluntur, magnoque ibidem multiplicari solent proventu, ubi alimentorum sibi copia prostat, faciliq; comparatur labore.

DIAN.



## DIANDRIA.

LIGUSTRUM vulgare. *Fl. Svec.* 4.

Phalæna Sphinx. *Fn.* 809

Cantharis Officinarum. *It. Scan.* 186.

SYRINGA vulgaris. *H. Ups.* 6. n. 2.

Phalæna Sphinx. *Fn.* 809.

Phalæna *De Geer* I. t. 27. f. 8. 11. 12. 14.

Phalæna *De Geer* I. t. 27. f. 9.

Phalæna *Reaum.* I. t. 15. f. 7--9.

Phalæna *Reaum.* II. t. 17. f. 5--10.

VERONICA spicata. *Fl. Svec.* 7.

Papilio Comes. *Fn.* 783.

- - - Pseudo Chamaedrys. *Fl. Svec.* 12.

Larva *It. W-Goth.* 107.

LYCOPUS europeus. *Fl. Svec.* 27.

Cassida viridis. *Fn.* 377.

SALVIA Sclarea. *Fl. Svec.* 28.

confer. *Mer.* I. 3. *Gæd.* XVII. LXIII.

## TRIANDRIA.

IRIS palustris. *Fl. Svec.* 33.

Phalæna *Mer.* I. t. 3. & III. t. 20.

Tipula atra. *Fn.* 1151.

PHALARIS canariensis. *H. Ups.* 19.

Coccus Phalaridis. *Fn.* 721.

GRAMINA varia.

Papilio Satyrus. *Fn.* 785.

Papilio Coridon. *Fn.* 786.

Phalæna Leopardus. *Fn.* 814.

Phalæna Calamitosa. *Fn.* 826, non Alopecurus.

Phalæna *Fn.* 837.

Phalæna pectinicornis spirilinguis; alis deflexis: superioribus griseis, maculis flavis; inferioribus fulvis; rivulis nigris. *Linn.* Pha-



*Phalæna seticornis spirilinguis*; alis deflexis; supra albidis, infra luteis; interne nigris.

*Tipula* It. Scan. 357.

confer. Gæd. XII. 31. Mer. I. 32. II. 4. 16. 24. III. 33. 34.

Raj. 293. 393. 343. 363. 373.

SECALE lativum. H. Ups. 22.

*Phalæna seticornis spirilinguis nasuta*; alis albo nigroque reticulatis; capite albo; oculis nigris.

Linn. Aët. Stockh. 1746. p. 47. & 1750. p. 180. n. 2.

*Phalæna seticornis spirilinguis fasciculata*; alis depressis griseo fuscis striatis; A latino inscriptis.

Aët. Stockh. 1752. p. 62--66.

*Thrips*. Fn. 728. Aët. Stockh. 1750. p. 181. n. 7. It. Scan. 244.

*Mordellæ*. Fn. 539 & 542. Aët. Stockh. 1750. p. 181. n. 8.

*Curculio sanguineus*. Fn. 474. Aët. Stockh. 1750. p. 186. n. 1.

*Acarus farinæ*. Fn. 1185.

HORDEUM hexastichum. H. Ups. 22. n. 1.

*Phalæna* Reaum. II. t. 39. f. 9. 10. 18. 19.

*Chrysomela cærulea*, thorace rubro. Reaum. III. t. 17. f. 14. 15.

*Musca nigra*; halteribus plantisque pedum posteriorum abdomineque subtus virescente pallido. Linn. Aët. Stockh. 1750. p. 182. n. 9.

## TETRANDRIA.

DIPSACUS fullonum. H. Ups. 25. n. 1.

*Phalæna dipsaci*. Raj. 341. 360.

SCABIOSA pratensis. Fl. Svec. 110.

*Papilio serotinus*. Raj. 120.

- - Succisa. Fl. Svec. 112.

*Phalæna* Raj. 361.

GALIUM verum. Fl. Svec. 116.

*Phalæna Sphinx*. Fn. 1356. De Geer I. t. 8. f. 9. 11.

*Phalæna Sphinx*. Reaum. I. t. 12. f. 1. 2. 5. 6.

APA-



- APARINE** vulgaris. *Fl. Suec.* 120.  
*Phalæna* *Raj.* 281.
- PLANTAGO** media. *Fl. Suec.* 123.  
*Papilio Comes.* *Fn.* 783.  
*Phalæna* *Raj.* 199. 300. 359.  
*confer. Mer. I: 36. II: 20. Raj. 199. 300. 359.*
- EUONYMUS** vulgaris. *Fl. Suec.* 133.  
*Phalæna Euonymaria.* *Fn.* 891.
- ALCHEMILLA** vulgaris. *Fl. Suec.* 135.  
*Phalæna Ursus.* *Fn.* 820. *De Geer. I. t. 12. f. 8. 9.*  
*Phalæna pectinic. spiril.* *De Geer. I. t. 22. f. 16.*
- POTAMOGETON** natans. *Fl. Suec.* 139.  
*Phalæna seticornis.* *Fn.* 853.  
*Aphis plantarum aquaticarum.* *Fn.* 711.
- PENTANDRIA.**
- BORRAGO** officinarum. *H. Upf.* 34. n. 1.  
*Phalæna γ. aureum.* *Fn.* 873.  
*confer Jung. 116. 117. Mer. II: 32.*
- CYNOGLOSSUM** vulgare. *Fl. Suec.* 154.  
*confer Jung. 151.*
- PULMONARIA** immaculata. *Fl. Suec.* 156.  
*Mordella.* *Fn.* 542.
- PRIMULA** vulgaris. *Fl. Suec.* 161.  
*Phalæna Noctua.* *Fn.* 870.
- CONVOLVULUS** arvensis. *Fl. Suec.* 173.  
*Phalæna geometræ.* *Reaum. I. t. 1. f. 9. 10.*  
*Phalæna alis ramosis.* *Reaum. I. t. 20. f. 12-15.*  
*confer. Mer. II: 25. 45.*
- NICOTIANA** Tabacum. *H. Upsal.* 45.  
*confer. Gæd. XXXII.*
- HYOSCHYAMUS** vulgaris. *Fl. Suec.* 184.  
*Mordella.* *Fn.* 540.  
*Cimex ruber.* *Fn.* 665.



Musca.

Fn. 1058.

Musca.

Reaum. III. t. 2. f. 13--17.

VERBASCUM hirsutum. Fl. Svec. 186.

Phalæna nasuta. Fn. 887.

Phalæna

Reaum. I. t. 43. f. 3. 4. 9. 10. 11.

Phalæna

Reaum. I. t. 49. f. 11--15.

Curculio Scrophulariæ. Fn. 460.

confer. Raj. 168. 352. Frisch. VI: 9.

LONICERA Caprifolium. Fl. Svec. 191.

Cantharis Officinarum.

It. Scan. 186.

- - - Xylosteum. Fl. Svec. 192.

Phalæna Sphinx. Fn. 809.

Phalæna alis ramosis. Fn. 868.

Phalæna seticornis spirilinguis; alis reflexis pone divaricatis cruce testacea.

Phalæna seticornis spirilinguis fusca: dorso vitta alba: alarum apicibus acuminatis recurvatis, Linn. que Alb. t. 73. d. b.

Tenthredo Reaum. V. t. 13. f. 1--11.

Musca subcutanea. Reaum. III. t. 1. f. 13. 14.

Chrysomela viridis, elytris griseis, thorace pone tridentato. Linn.

confer. Mer. III: 22. Raj. 287. Frisch. III: 13.

RHAMNUS Frangula. Fl. Svec. 194.

Papilio Canicularis. Fn. 795. De Geer. I. t. 14. f. 8. 9.

Papilio Argus oculatus. Fn. 803. De Geer. I. t. 4. f. 14. 15.

Phalæna larva.

De Geer. I. t. 32. f. 10. 11.

RIBES Grossularia. Fl. Svec. 195.

Papilio C duplex. Fn. 775.

Phalæna antennulata. Fn. 829. De Geer. I. t. 15. f. 15.

Phalæna W littera. Fn. 845.

Phalæna nigro-maculata. Fn. 849.

Tenthredo.

Reaum. V. t. 10. f. 8.

Aphis Ribis. Fn. 704.

conf. Gæd. XXXI. Mer. I: 29. Raj. 178. 179. 311. 372. 373.

C

- - rubra.



... rubra. *Fl. Svec.* 197.

*Papilio C duplex.* *Fn.* 775.

*Phalæna W littera.* *Fn.* 845.

*Phalæna nigro-maculata.* *Fn.* 849.

*Aphis Ribis.* *Fn.* 704.

*Acarus.* *Fn.* 1201.

*conf. Jung.* 82. *Gæd.* XXIX. XXXV. *Mer.* I: 37.

*Raj.* 179. 372.

**CHENOPODIUM** *purpurascens.* *Fl. Svec.* 210.

*Phalæna Lubricipeda.* *Fn.* 823.

*Phalæna* *Reaum.* III. t. 2. f. 7. 8.

**ULMUS** *campestris.* *Fl. Svec.* 219.

*Papilio Polychloros.* *Fn.* 773.

*Papilio C duplex.* *Fn.* 775.

*Phalæna Ursus flavus.* *Fn.* 821.

*Phalæna Lubricipeda.* *Fn.* 823. *De Geer.* I. t. II. f. 7. 8.

*Phalæna ocellata.* *Fn.* 835.

*Phalæna Seticorn.* *De Geer.* I. t. 17. f. 22.

*Phalæna* *Reaum.* I. t. 35. f. 1. 7. 8.

*Phalæna* *Reaum.* III. t. 10. f. 9--15.

*Tenthredo* *Reaum.* V. t. 10. f. 15--17.

*Aphis Ulmi.* *Fn.* 705. *It. Scan.* 203.

*Coccus* *Reaum.* IV. t. 7. f. 1-10.

*Chermes Ulmi.* *Fn.* 694. *intra Folia revoluta.*

*Chermes Ulmi.* *It. Scan.* p. 130. *intra gallam.*

*Cicada Ulmi.* *Fn.* 644.

*Cimex Ulmi.* *Fn.* 680.

*confer. Gæd.* XXVI. XXXIX. LVIII. LXXVII. 48.

*Raj.* 282. 295. 297. 299. 305. 306. 307. 308. 310. 313. 314. 370.

**SELINUM** *palustre.* *Fl. Svec.* 227.

*Papilio caudatus.* *Fn.* 791.

**HERACLEUM** *vulgare.* *Fl. Svec.* 231.

*Phalæna Heraclei.* *Fn.* 916.

*Musca alis albis, fasciis fuscis repandis; oculis viridibus.* *Linn.*

LIGU-



- LIGUSTICUM** vulgare. *H. Upsl.* 62. n. 1.  
*Curculio ligustici.* *Syst. Nat.* 154 n. 2.  
**ANGELICA** alpina v.  $\alpha$ . *Fl. Svec.* 233.  
*Papilio caudatus.* *Fn.* 791.  
**SIUM** majus. *Fl. Svec.* 235.  
*Curculio paraplecticus.* *Fn.* 445. *It. Scan.* 184.  
**PHELLANDRIUM** aquaticum. *Fl. Svec.* 238.  
*Curculio paraplecticus.* *Fn.* 445. *It. Scan.* 184.  
*Chrysomela nigro-enea.* *Fn.* 438.  
*Leptura deaurata.* *Fn.* 509. *It. Scan.* 184.  
**PASTINACA** sativa. *H. Upsl.* 66.  
*Aphis pastinacæ.* *Fn.* 706.  
**ANETHUM** graveolens. *H. Upsl.* 66. n. 1. & 2.  
*Papilio caudatus.* *Fn.* 791.  
**CHAEROPHYLLUM** Cicutaria. *Fl. Svec.* 243.  
*Phalæna* *De Geer.* I. t. 29. f. 6. 7.  
*Phalæna* *De Geer.* I. t. 29. f. 15. 16.  
*confer. Mer.* I: 16.  
**PIMPINELLA** officinarum. *Fl. Svec.* 246.  
*Papilio caudatus.* *Fn.* 791.  
**SAMBUCUS** nigra. *Fl. Svec.* 250.  
*Phalæna setic.* *De Geer.* I. t. 17. f. 22.  
*Tenthredo* *Reaum.* V. t. 10. f. 12.  
*Aphis Sambuci.* *Fn.* 707.  
*Cantharis Officinarum.* *It. Scan.* 186.  
*confer. Gæd.* LXVIII. 34. *Mer.* II: 2. *Raj. cantabr.* 148.

## HEXANDRIA,

- ASPARAGUS** sativus. *Fl. Svec.* 272.  
*Chrysomela Asparagi.* *Fn.* 430.  
*Tipulæ.* *Fn.* 1147.  
**CONVALLARIA** Lilium convall. *Fl. Svec.* 273.  
*Chrysomela rubra.* *Fn.* 425.



RUMEX britannica. Fl. Svec. 292.

Curculio nigricans, postice lateribusque albidus. Linn.

Curculio Rumicis. Fn. 454.

- - - acuta. Fl. Svec. 293.

Phalæna Raj. 286.

Aphis Rumicis. Fn. 708.

Curculio Rumicis. Fn. 454.

Tenthredo.

- - - Acetosa. Fn. Svec. 295.

Phalæna Noctua. Fn. 870.

Aphis Rumicis. Fn. 708.

Meloe. Fn. 596 It. Scan. 23.

## HEPTANDRIA.

ESCULUS Hippo-Castanum. H. Ups. 92.

Phalæna Reaum. I. t. 34. f. 7. 8. 11.

Phalæna geometræ Reaum. II. t. 31. f. 1-6.

## OCTANDRIA.

TROPÆOLUM majus. H. Ups. 93. n. 1.

Papilio Brassicaria minor. Fn. 798.

Phalæna omicron-ypsilon. Fn. 859.

ACER platanoides. Fl. Svec. 303.

Phalæna pectine. elingu. De Geer I. t. 13. f. 18 19.

Phalæna Reaum. I. t. 34. f. 7. 8. 11.

Phalæna geometræ Reaum. II. t. 31. f. 16.

Aphis aceris. Fn. 709.

Chermes aceris. Fn. 696.

EPHLOBIUM angustifolium. Fl. 304 & palustre. Fl. 307.

Phalæna Porcellus Fn. 811. De Geer. I. t. 9. f. 8. 9.

confer. Raj. 358.

ERICA vulgaris. Fl. Svec. 309.

confer. Mer. III: 32. Raj. 364.

VACCINIUM rubrum. Fl. Svec. 315.

Phalæna seticornis elinguis cinerea : fascia trans-  
versa saturatiore. Linn.

BISTOR-



- BISTORTA minor. Fl. Svec. 321.  
*Phalæna geometræ.* Reaum. I. t. 15. f. 10-12.  
 POLYGONUM vulgare. Fl. Svec. 322.  
*Phalæna Lubricipeda.* Fn. 823.  
*Chrysomela.* Fn. 440.  
 HELXINE fativum. Fl. Svec. 324.  
 Mordella. Fn. 539.

## DECANDRIA.

- RUTA graveolens. H. Upf. 102.  
*Papilio caudatus.* Fn. 791.  
 ARBUTUS Uva ursi. Fl. Svec. 339.  
*Phalæna seticornis spirilinguis nasuta: fasciis ar-*  
*genteis variis.* Linn.  
 DIANTHUS hortensis H. Upf. 104. n. 1.  
*confer. Gæd. XXXVIII. Mer. III: 26. Raj. 313.*  
 SCLERANTHUS perennis Fl. Svec. 349.  
*Coccus polonicus.* Fn. 720.  
 CUCUBALUS dioicus. Fl. Svec. 361.  
*Aphis Cucubali.* Fn. 719.  
 ALSINE media. Fl. Svec. 369.  
*confer. Raj. 308. 335. 356 Frisch. V: 27. X: 15.*  
 CERASTIUM viscosum. Fl. Svec. 379.  
*Chermès cerastii.* Fn. 695.  
 SEDUM Telephium. Fl. Svec. 386.  
*Papilio alpicola.* Fn. 806. *De Geer. I. t. 13. f. 12. 13.*

## ICOSANDRIA,

- CACTUS Opuntia. H. Upf. 121. n. 10.  
*Coccus Coccionella offic.* Reaum. IV. t. 7. f. 11-19.  
 CERASUS sativa. H. Upf. 125. n. 1.  
*Papilio Polychloros.* Fn. 773.  
*Phalæna ceruleocephala.* Fn. 836.  
*Phalæna æno flavo.* Fn. 846.

*Phalæ-*



- Phalæna Euonymaria.* Fn. 891.  
*Phalæna* Reaum. III. t. 7. f. 14. 15.  
*Tenthredo* , Reaum. V. t. 12. f. 1--6.  
*Scarabæus* Fn. 351. It. Scan. 321.  
*Curculio.* Fn. 465. It. Scan. 355.  
*Musca.* Fn. 1061. in nucleis.  
*confer. Gæd. XX. XXII, LXI 12. Jung. 112. Mer. I:*  
*9. 23. III: 31. Raj. 214. Frisch. III: 12. VI: 3.*  
**PADUS** vulgaris. Fl. Svec. 396.  
*Papilio hiemalis.* Fn. 796. De Geer I. t. 14. f. 19. 20.  
*Phalæna Euonymaria.* Fn. 891.  
*Phalæna nasuta.* Fn. 913.  
*Phalæna antennulata.* Fn. 929.  
*Tenthredo.* Fn. 944.  
*Aphis antennis longis, alis magnis,*  
**PRUNUS** gallica. H. Upsl. 124. n. 1.  
*Tenthredo* Reaum. V. t. 12. f. 13-16.  
*Aphis Pruni.* Reaum. III. t. 23. f. 9. 10.  
*confer. Jung. 114. 137. Gæd. XXII. LXIX. 20.*  
*Mer. I: 13. 47. Raj. 160. 309. 355. 371. 372. 373.*  
*Frisch. V: 14. VII: 2. 21. X: 3.*  
*armeniaca.* H. Upsl. 124. n. 2.  
*Phalæna Lubricipeda.* Fn. 823. De Geer I. t. 11. f. 7. 8.  
*Phalæna* Fn. 828.  
*Phalæna littera* ♀. Fn. 878.  
*confer. Gæd. S. Mer. III: 53. Raj. 160. 285. 294. 353.*  
*Frisch. II: 2. III: 12.*  
*Spinosa.* Fl. Svec. 397.  
*Papilio hiemalis.* Fn. 796. De Geer. I. t. 14. f. 19. 20.  
*Phalæna annularia.* Fn. 824.  
*Phalæna antiquata.* Fn. 827.  
*Phalæna ocellata.* Fn. 835.  
*Phalæna ceruleocephala.* Fn. 836.  
*Phalæna nigromaculata.* Fn. 849.

Phalæ-



*Phalæne geometræ.* Fn. 866.

*Phalæna geometræ.* Fn. 867.

*Phalæna littera* ψ. Fn. 879.

*Phalæna Euonymaria.* Fn. 891.

*Phalæna uxor nuda.* Fn. 921.

*confer.* Mer. I. 33. II. 35. III. 6. Raj. 196. 214. 315.  
345. 353. 370. 303.

CRATÆGUS *Oxyocantha.* Fl. Svec. 399.

*Papilio hiemalis.* Fn. 796.

*Phalæna cæruleocephala.* Fn. 836.

*Phalæna* Fn. 882.

*Phalæna* De Geer I. t. 11. f. 20. 27.

*Phalæna* Reaum. I. t. 35. f. 1. 7. 8.

*Phalæna Vinula min.* Reaum. II. t. 23. f. 3-6.

*confer.* Raj. 157. 163. 289. 312. 315. 330. 343. 349.  
352. 370. 379.

SORBUS *aucuparia.* Fl. Svec. 400.

*Phalæna cæruleocephala.* Fn. 836.

*Chrysomela nigra.* Fn. 409.

PYRUS *Pyrafter.* Fl. Svec. 401.

*Papilio Polychloros.* Fn. 773.

*Phalæna Lubricipeda.* Fn. 823. De Geer I. t. 11. f. 7. 8.

*Phalæna pectin. elingu.* Fn. 828. De Geer I. t. 16. f. 11. 12.

*Phalæna cæruleo-cephala.* Fn. 8, 6.

*Phalæna ano flavo.* Fn. 846.

*Phalæna uxor nuda.* Fn. 921.

*Phalæna* De Geer I. t. 25. f. 15. 16.

*Phalæna mirabilis* Reaum. II. t. 23. f. 10.

*Tenthredo Pyri* Reaum. V. t. 12. f. 1-6.

*Cynips* Reaum. II. t. 38. f. 11-14. fructus

*Aphis Pyri* Reaum. II. t. 24. f. 1. 2. 3.

*Chermes grisea, abdomine brevi: striis transversis  
albis.* Linn.

*Curculio Pyri.* Fn. 465. It. Scan. 355.

Musca.



- Musca. Fn. 1035.  
 confer. Jung. 98. Mer. II: 21. Gæd. XIII. XXII. XLV.  
 43. Frisch. VII: 10. X: 3. T. Raj. 142. 43. 163. 150.  
 291. 343. 360. 66. 68.  
 Malus. Fl. Svec. 402.  
 Phalæna annularia. Fn. 824.  
 Phalæna antennulata. Fn. 829.  
 Phalæna ceruleocephala. Fn. 836.  
 Phalæna ano flavo. Fn. 846.  
 Phalæna littera ψ. Fn. 879.  
 Phalæna Euonymaria. Fn. 891.  
 Phalæna uxor nuda. Fn. 921.  
 Phalæna pecticornis. Act. Stockh. 1749. p. 130. t. 4. f. 8. 9.  
 Phalæna pectinic. elingv. De Geer I. t. 11. f. 20. 21.  
 Phalæna subcutanea De Geer I. t. 30. f. 10. 12.  
 Phalæna Reaum. II t. 16. f. 11. & 17. f. 1-4.  
 Phalæna Reaum. II. t. 40. f. 9. 10. intra fructum.  
 Phalæna Reaum. III. t. 4. f. 11-13.  
 Phalæna larva grisea &c. It. Scan. 32.  
 Aphis Mali Reaum. III. t. 24. f. 5.  
 Scarabæus Fn. 345. It. Scan. 321.  
 Scarabæus Fn. 351. It. Scan. 321.  
 confer. Gæd. 12. Mer. I: 18. Raj. 180. 186. 196. 198.  
 220. 276. 278. 287. 287. 287. 288. 289. 292. 293.  
 294. 297. 299. 300. 302. 306. 307. 312. 313. 332.  
 342. 343. 345. 354. 357. 361. 362. 368. 370. 371.  
 SPIRÆA theophrasti. H. Upsl. 131. n. 1.  
 Phalæna Sphinx. Fn. 809.  
 Phalæna ophthalmoides. Mer. t. 87. Gæd. 3. p. 25. t. 9.  
 FILIPENDULA Molon. Fl. Svec. 404.  
 Phalæna Leopardus. Fn. 814.  
 Ulmaria. Fl. Svec. 405.  
 Phalæna in paniculis.  
 ROSA carnina Fl. Svec. 406.  
 Phalæna nescita. Fn. 835.  
 ocellata. Phalæ-



*Phalæna nasuta.* Fn. 896.

*Phalæna subcutanea*

*De Geer. I. t. 30. f. 20.*

*Phalæna subcutanea*

*Reaum. III. t. 2. f. 1-6.*

*Phalæna seticornis*

*De Geer. I. t. 17. f. 22.*

*Phalæna seticornis*

*De Geer. I. t. 34. f. 4-5.*

*Phalæna pectin. spiril.*

*De Geer. I. t. 25. f. 6.*

*Phalæna pectinic.*

*Act. Stockh. 1749. p. 130. t. 4. f. 8. 9.*

*Phalæna pectinicornis elinguis : alis cinereis, fasciis  
quinque dimidiatis.* *Alb. t. 91. f. c. d.*

*Tenthredo Rosæ.* Fn. 937.

*Cynips Bedeguar.* Fn. 938.

*Cynips Bedeguar.* Fn. 939. rarior.

*Aphis Rosæ.* Fn. 710.

*Cicada flava.* Fn. 645.

*confer. Jung. 100. 102. 105. 110. Gæd. LXIII.*

*XXVIII. 3. 7. 17. 43. 18. 1. Mer. I: 19. 24. 28. III:*

*42. 43. 44. 45. Raj. 147. 192. 285. 307. 357. 358.*

*361. 363. 367. 368. 354.*

**RUBUS** *idæus.* *Fl. Svec. 408.*

*Phalæna antiquata.* Fn. 827.

*Phalæna antennulata.* Fn. 829.

*Phalæna ocellata.* Fn. 835.

*Phalæna seticornis.*

*Reaum. I. t. 7. f. 1. 2.*

*Cynips*

*Reaum. III. t. 36. f. 1-5.*

*Coccinella nigra.* Fn. 408.

*confer. Gæd. VII. 27. Mer. III. 21. Raj. 147. 159.*

*183. 307. 314. 346.*

- - - - *cæsius.* *Fl. Svec. 410.*

*Papilio Argus cæcus.* Fn. 806.

- - - - *saxatilis.* *Fl. Svec. 411.*

*Phalæna antennulata.* Fn. 829. *De Geer. I. t. 15. f. 15.*

**FRAGARIA** *vulgaris.* *Fl. Svec. 414.*

*Phalæna antennulata.* Fn. 829. *De Geer.*

*confer. Raj. 307. 333.*

D

POTEN.



( 26 )

POTENTILLA fruticosa. *Fl. Svec.* 416.  
Coccus tinctorius. *Fn.* 720.

## POLYANDRIA.

NYMPHÆA lutea. *Fl. Svec.* 426. & alba. *Fl. Svec.* 427.

Phalæna seticornis. *Fn.* 853.

Aphis plantar. aquaticar. *Fn.* 711.

Chrysomela Nymphææ. *Fn.* 444.

Leptura deaurata. *Fn.* 509.

Leptura violacea. *Fn.* 510.

TILIA europea. *Fl. Svec.* 432.

Phalæna littera  $\psi$ . *Fn.* 879.

Phalæna geometræ *Reaum.* II. t. 28. f. 1. 5. 6.

Cynips foliorum *Reaum.* III. t. 38. f. 4. 5. 6.

Aphis Tiliæ. *Fn.* 712.

Coccus *Reaum.* IV. t. 3. f. 1-3.

Gryllus ensifer. *Fn.* 622.

Acarus Tiliæ. *Fn.* 1212.

*confer.* *Fung.* 108. *Mouff.* 183. *Mer.* II: 24. *Frisch.* I: 3.

VII: 2. XI: 4. XIII: 5. 6.

CISTUS Helianthemum. *Fl. Svec.* 433.

Phalæna Meticulosa. *Fn.* 815.

EUPHORBIA solissequia. *Fl. Svec.* 436.

Phalæna crucæ tithymali. *Fn.* 825.

Phalæna Sphinx. *Reaum.* I. t. 13. f. 5. 6.

*confer.* *Fung.* 109. *Mer.* III: 22.

STRATIOTES Aloides. *Fl. Svec.* 444.

Phalæna Stratiotis. *De Geer.* I. t. 37. f. 16. 18.

Coccus aquaticus. *Fn.* 725.

DELPHINIUM regale. *Fl. Svec.* 440.

*conf.* *Mer.* I: 40. III: 11. *Frisch.* XI: 9.

RANUNCULUS acris. *Fl. Svec.* 466.

Musca subcutanea. *Reaum.* III. t. 1. 6. 7. 8. 11. 12.

*confer.* *Mouff.* 184. *Mer.* I: 4. 15. III: 29.

- - - arvensis. *Fl. Svec.* 470.

Chrysomela. *Fn.* 437.

DIDY.



## DIDYNAMIA.

THYMUS Serpyllum. Fl. Svec. 477.

Phalæna geometræ Frisch. X: 17.

Culex lanigerus It. Scan. 164.

Musca alba villosa, It. Scan. 164.

MENTHA arvensis. Fl. Svec. 481.

Phalæna aurata. Fn. 875.

Cassida viridis. Fn. 377.

confer. Gæd. 28 Mer. I: 39. Raj. 342.

MELISSA officinalis. H. Upsl. 163. n. 1.

Cassida viridis. Fn. 377.

Cassida cinerea. Fn. 378.

GLECHOMA. Hedera terrestris. Fl. Svec. 483.

Phalæna Libatrix. Fn. 833.

Cynips strumæ Glechomæ. Fn. 949. it. W-Goth. 167.

confer. Gæd. LX. LVIII. Mer. I: 13.

GALEOPSIS Ladanum. Fl. Svec. 492.

Phalæna W. littera. Fn. 845.

ANTIRRHINUM Linaria. Fl. Svec. 501.

Phalæna Reaum. I. t. 37. f. 4. 6. 7.

SCROPHULARIA foetida. Fl. Svec. 520.

Phalæna Reaum. I. t. 43. f. 3. 4. 9-11.

Tenthredo Scrophulariæ. Fn. 935.

Curculio Scrophulariæ. Fn. 460.

Curculio Scrophulariæ. Fn. 461. rarior.

Coccinella villosa. Fn. 412.

conf. Jung. III. Raj. 168. 352.

## TETRADYNAMIA.

THLASPI campestre. Fl. Svec. 531.

Papilio Aurora. Fn. 801.

- - - Bursa pastoris. Fl. 532.

Phalæna Noctua. Fn. 870.

D 2

COCHLEA-



COCHLEARIA Armoracia. Fl. Svec. 540.

Papilio Brassicaria. Fn. 799.

Chrysomela Armoraciae. S. Nat. 153. n. 7.

CHEIRANTHUS. H. Upf. 187.

Phalæna Meticulosa. Fn. 815.

confer. Mer. I: 12. II: 15.

BRASSICA fativa. Fl. Svec. 546.

Papilio Brassicaria latis venis. Fn. 797.

Papilio Brassicaria minor. Fn. 798.

Papilio Brassicaria vulgaris. Fn. 799.

Phalæna Fn. 880.

Phalæna Reaum. I. t. 41. f. 13. De Geer. t. 5 f. 17. 18.

Phalæna Reaum. I. t. 42. f. 1-4.

Phalæna Reaum. II. t. 25. f. 1-17.

Aphis Brassicæ Frisch. II. p. 10. t. 3. f. 15.

Mordella Brassicæ. Fn. 540.

conf. Gæd XXVIII. Raj. 281. 348. 349. 353. Frisch. IV: 2.

CARDAMINE pratensis. Fl. Svec. 559.

Papilio Aurora. Fn. 801.

DENTARIA bulbifera. Fl. Svec. 565.

Mordella. Fn. 542.

## MONADELPHIA.

GERANIUM batrachioides. Fl. Svec. 572.

Phalæna pectinic. elingu. De Geer. I. t. 13. f. 4-6.

confer. Mouff. 189. Raj. 147.

MALVA sylvestris. Fl. Svec. 581.

Papilio linea nigra. Fn. 793.

confer. Mer. I: 48. III: 3. 7.

- - Alcea. Fl. Svec. 582.

Acarus Alceæ. Fn. 1196.

## DIADELPHIA.

PISUM sativum. H. Upf. 215.

Phalæna larva speciosa. Frisch. V. 11.

Phalæ-



*Phalæna in Legumine.*

*confer. Raj. 160. 315.*

VICIA Cracca. *Fl. Svec. 605.*

*Aphis nigro plumbea. Linn.*

- - Faba. *H. Upf. 218.*

*confer. Raj. 163. 356. 362.*

LOTUS corniculata. *Fl. Svec. 609.*

*Thrips. Fn. 726.*

TRIFOLIUM pratense. *Fl. Svec. 615.*

*Phalæna antennulata. Fn. 829.*

*confer. Gæd. D. Mer. III: 33. Raj. 187. 345.*

MEDICAGO Falcata. *Fl. Svec. 620.*

*Phalæna Reaum. I. t. 40. f. II-13.*

ASTRAGALUS glycyphyllus. *Fl. Svec. 591.*

*Phalæna Reaum. III. t. II. f. 1.*

## POLYADELPHIA.

CITRUS. *H. Upf. 236. n. 1.*

*Phalæna seticornis ; alis patentibus cinereis : media extremitate postica fusco nebulosis, fascia fusca.*

*Coccus Hesperidum. Fn. 722.*

## SYNGENESIA.

LACTUCA sativa. *H. Upf. 242.*

*Phalæna Noctua. Fn. 870.*

*Phalæna γ. aureum. Fn. 873.*

*Phalæna setic. spiril. Fn. 877.*

*confer. Gæd. XVII. 21. Mer. I: 43. II: 43.*

LEONTODON Taraxacum. *Fl. Svec. 627.*

*Phalæna antennulata. Fn. 829.*

HYPOCHOERIS maculata. *Fl. Svec. 631.*

*Chrysomela aurata. It. Scan. p. 210.*

HIERACIUM Pilosella. *Fl. Svec. 633.*

*Phalæna gregaria. Fn. 825.*



- Coccus tinctorius.* Fn. 720.  
 - - - - *Pulmonaria.* Fl. Svec. 637.  
*Cynips Hieracii.* Fn. 950.  
**SONCHUS** *arvensis.* Fl. Svec. 642.  
     *Aphis Sonchi* Reaum. III. t. 22. f. 3. 4. 5.  
     *Mulca subcutanea* Reaum. III. t. 1. f. 1. 2.  
     *confer. Mer. II: 9.*  
**ARCTIUM** *Lappa.* Fl. Svec. 651.  
     *Phalæna γ aureum.* Fn. 873.  
     *Phalæna seticornis spirilinguis*, *alis incumbantibus*;  
     *superioribus cinereo-griseis, puncto atro; Inferiori-*  
     *bus atris, omnibus margine poslice interiore bar-*  
     *batis.* Act. Stockb. 1752. p. 66-76.  
     *confer. Jung. 130. Mer. II: 13.*  
**CARDUUS** *lanceolatus.* Fl. Svec. 654.  
     *Papilio Bella Donna.* Fn. 778.  
     *Musca in gallis.* Fn. 1063.  
     *Cimex.* Fn. 660.  
     - - - - *nutans.* Fl. Svec. 655.  
     *Phalæna setic. spiril.* Fn. 878.  
     *Aphis Cardui.* Fn. 714.  
     - - - - *crispus.* Fl. Svec. 658.  
     *Tipula ultima.* Fn. 1152.  
     *Musca cinerea.* Fn. 1058.  
     *Musca* Fn. 1064.  
**CYNARA** *Scolymus.* H. Upsl. 251.  
     *Cassida viridis.* Fn. 377.  
     *confer. Gæd. 50.*  
**SERRATULA** *tinctoria.* Fl. Svec. 660.  
     *Aphis Serratule.* Fn. 713.  
     - - - - *arvensis.* Fl. Svec. 662.  
     *Aphis Cardui.* Fn. 714.  
     *Curculio* Fn. 426.

EUPA-



- EUPATORIUM** cannabinum. Fl. Svec. 665.  
*Phalæna follicularis.* Reaum. III. t. 10. f. 1-6.
- TANACETUM** vulgare. Fl. Svec. 666.  
*Aphis Tanaceti rufa.*  
*Chrysomela Tanaceti.* Fn. 413.
- ARTEMISIA** vulgaris. Fl. Svec. 667.  
*Aphis Artemisiæ.* Fn. 715.  
 - - - Abrotanum. H. Upf. 257. n. 2.  
*Phalæna γ. aureum.* Fn. 873.  
*confer. Gæd. 2. 24. Mer. II: 28. Frisch. V: 15. VII: 12.*
- SENECIO** Jacobæa. Fl. Svec. 688.  
*Phalæna Jacobæa.* Fn. 869.  
*confer. Gæd. 18. Raj. 169 293.*  
 - - - vulgaris. Fl. Svec. 690.  
*Phalænæ Jacobæa.* Fn. 869.  
*Phalæna Noctua.* Fn. 870  
*confer. Gæd. IX. Mouff. 189. Raj. 160. 169.*
- ERIGERON** acre. Fl. Svec. 691.  
*Phalæna* Fn. 869.
- INULA** Helenium. Fl. Svec. 695.  
*Phalæna* Reaum. II. t. 39. f. 5. 6.
- CENTAUREA** Jacea. Fl. Svec. 709  
*Phalæna uxor nuda.* Reaum. II t. 31. f. 7. 8.  
*Aphis Centaureæ.* Fn. 716.
- CALENDULA** officinalis. Fl. Svec. 712.  
*confer. Gæd. 32. Raj. 310.*
- VIOLA** tricolor. v. β. Fl. Svec. 721.  
*Papilio Rex.* Fn. 780.  
*confer. Gæd. XXX.*
- IMPATIENS** noli tangere. Fl. Svec. 712.  
*Phalæna Porcellus.* Fn. 811.

## MONOECIA.

- URTICA** urentissima. Fl. Svec. 773  
*Papilio Ammiralis.* Fn. 777. De Geer, I t. 22. f. 5.  
*Phalæ-*



- Phalæna Ursus flavus.* Fn. 821.  
*Chermes Urticæ.* Fn. 702.  
*Curculio.* Fn. 459.  
*Cimex.* Fn. 653.  
 - - dioica, Fl. Svec. 774.  
*Papilio Urticaria.* Fn. 774.  
*Papilio C duplex.* Fn. 775. *De Geer. I. t. 20. f. 9. 10.*  
*Papilio Oculus Pavonis.* Fn. 776.  
*Papilio Bella Donna.* Fn. 778.  
*Phalæna Meticulosa.* Fn. 815.  
*Phalæna Lubricipeda.* Fn. 823. *De Geer. I. t. 11. f. 7. 8.*  
*Phalæna ano flavo.* Fn. 846. *De Geer. I. t. 28. f. 18. 19.*  
*Phalæna setic. spiril.* Fn. 855.  
*Phalæna* *De Geer. I. t. 28. f. 9. 10.*  
*Phalæna* *Reaum. I. t. 37. f. 1. 3. De Geer. I. t. 6. f. 20. 21.*  
*Afilus* *Fn. 1039.*  
*Musca.* *Fn. 1060.*  
*confer. Gæd. I. XXI. 39. Mer. I. 26. II. 38. 47. Raj.*  
*118. 189. 214 348. 351. 352. Frisch. III. 2. IV. 4.*  
*VI. 2. X. 2.*  
**BUXUS.** *H. Upf. 283.*  
*Chermes* *Reaum. III. t. 29. f. 1-16.*  
**MORUS.** *H. Upf. 283. n. 12.*  
*Phalæna Bombyx.* Fn. 832.  
**ALNUS** *glutinosa.* *Fl. Svec. 775.*  
*Phalæna Cossus.* Fn. 812. *in ligno.*  
*Phalæna Vinula.* Fn. 819. *De Geer. I. t. 23. f. 12.*  
*Phalæna terribilis.* Fn. 834. *De Geer. I. t. 10. f. 13. 14.*  
*Phalæna pectin. spiril.* *De Geer. I. t. 24. f. 7.*  
*Phalæna pectin. spiril.* *De Geer. I. t. 25. f. 6.*  
*Phalæna setic.* *De Geer. I. t. 9. f. 22.*  
*Phalæna setic.* *De Geer. I. t. 11. f. 28.*  
*Phalæna subcutanea* *De Geer. I. t. 31. f. 11. 12.*

*Phalæna*



- Phalæna geometra* It. Scan. 420.  
*Tenthredo antenn. clavat.* Fn. 923.  
*Tenthredo* Reaum. V. t. II. f. 1. 2.  
*Tenthredo* Reaum. V. t. 12. f. 17. 18.  
*Chermes Alni.* Fn. 698.  
*Coccinella rubra.* Fn. 338.  
*Chrysomela Alni.* Fn. 416.  
*Curculio lividus.* Fn. 473.  
*Curculio inauratus.* S. Nat. 154. n. 6.  
*confer Gæd. E. H. F. K. T. Mer. II: 30. Raj. 281.*  
 286. 292. 311.

**BETULA** alba. Fl. Svec. 776.

- Papilio Morio.* Fn. 772.  
*Papilio flammeus.* Fn. 792.  
*Phalæna ecclata.* Fn. 835.  
*Phalæna terribilis.* Fn. 834. De Geer. I. t. 10. f. 13. 14.  
*Phalæna setic. spiril.* De Geer I. t. 10. f. 7. 8.  
*Phalæna setic.* De Geer. I. t. 9 f. 22.  
*Phalæna setic.* De Geer. I. t. 18. f. 4 5.  
*Phalæna* De Geer. I. t. 28. f. 22.  
*Phalæna* De Geer. I. t. 28. f. 29. 30.  
*Phalæna pectinicornis elinguis; alis deflexis griseis,*  
*fascia pallidiora pone punctum album: Inferiori-*  
*bus prominulis.* Alb. t. 18. f. 25. Mer. I: 10. f. 4.  
 Gæd. I. 7.

*Tenthredo antenn. clavat.* Fn. 923.

- Aphis Betule.* Fn. 717.  
*Coccus Betule.* Fn. 723.  
*Chermes Betule.* Fn. 697.  
*Chrysomela Betule.* Fn. 415.  
*Curculio viridis.* Fn. 456.  
*Curculio Caput vulpis.* Fn. 476.  
*Aranea cruce alba.* Fn. 1214.

**QUERCUS** longo pedunculo. Fl. Svec 784.

- Papilio flammeus.* Fn. 792.



*Papilio hexapus*; alis secundariis angulo acuto: sub-  
tus cinereis, linea alba, punctis duobus fulvis.

*Alb. t. 52. Raj. 130. n. 9.*

*Phalæna Vinula.* Fn. 819.

*Phalæna Lubricipeda.* Fn. 823.

*Phalæna viridis.* Fn. 857.

*Phalæna littera* ♀. Fn. 879.

*Phalæna seticornis.* Fn. 918.

*Phalæna pectinic. eling.* De Geer. I. t. II. f. 20. 21.

*Phalæna pectinic. eling.* De Geer. I. t. 13. f. 18. 19.

*Phalæna seticorn.* De Geer. I. t. 17. f. 22.

*Phalæna* De Geer. I. t. 27 f. 8. II. 12. 14.

*Phalæna* Reaum. I. t. 6. f. 2 10.

*Phalæna* Reaum. I. t. 15. f. 1. 2. 4. 5.

*Phalæna rubicunda* Reaum. I. t. 32. f. 1. 2. 6. 7.

*Phalæna corticosa* Reaum. I. t. 38 f. 1. 8. 9.

*Phalæna viridis* Reaum. I. t. 39. f. 10. 13. 14.

*Phalæna* Reaum. I. t. 44. f. 5-10.

*Phalæna Processionaria* Reaum. II. t. 10 & 11.

*Phalæna contortuplicata* Reaum. II. t. 19 f. 9-14.

*Phalæna Vinula* Reaum. II. t. 22. f. 4 5.

*Phalæna geometræ* Reaum. II. t. 29 f. 1-4.

*Phalæna subcutanea* Reaum. III. t. 3. f. 1-5.

*Phalæna subcutanea* Reaum. III. t. 3 f. 7. 8.

*Phalæna subcutanea* Reaum. III. t. 3. f. 12.

*Phalæna cucullata* Reaum. III. t. 7. f. 1-6.

*Phalæna spiril cucull.* Reaum. III. t. 16 f. 1-5.

*Phalæna cucullata* Reaum. III. t. 16 f. 6-12.

*Phalæna nasuta* Reaum. III. t. 16 f. 13-16.

*Tenthredo* Reaum. IV. t. 15. f. 13.

*Tenthredo* Reaum. V. t. 11. f. 7-12.

*Cynips Quercus.* Fn. 947.

*Cynips Quercus.* Fn. 948.

*Cynips granularia* Reaum. III. t. 35 f. 3. t. 37 f. 10. 11.

Cynips



*Cynips radialis* Reaum. III. t. 44. f. 6-10.  
*Cynips nigra*, pedibus albidis, femoribus fuscis.  
*Scarabæus*. Fn. 345. It Scan. 321.  
*Chrysomela viridi-cærulea*, elytris testaceis.  
*Cantharis* It. W. Goth. p. 153. t. 2. in ligno.  
*confer.* Mouff. 183. Mer. I. 50. Raj. 145. 178. 180.  
 181. 276. 277. 279. 280. 282. 285. 286. 288. 289.  
 290. 291. 292. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 302.  
 306. 308. 311. 312. 314. 363. 367. 369. 370. 371.  
 373. 375. Frisch. I. 3.

FAGUS Castanea, H. Upf. 287.

*Phalæna* Fn. 828. De Geer I t. 16. f. II 12.  
*Phalæna* Reaum. I. t. 34 f. 7. 8. II.  
*Tenthredo*, Fn 946.  
 - - - *sylvatica*. Fl. Svec. 785.  
*Phalæna nasuta*. It. Scan. 112.  
*Phalæna geometra* It. Scan. 112.  
*Chermes Fagi* It. Scan. 65.  
*Chermes Fagi* It. Scan. 112.  
*Curculio Fagi* It. Scan. 111.  
*Acarus Fagi* It. Scan. 166.

CARPINUS Ostrya Fl. Svec. 786.

*Phalæna uxor nuda*. Fn. 921.  
*Phalæna* Reaum. II. t. 29. f. 5. 6.  
*Phalæna cucullata* Reaum. III. t. 10 f. 7. 8.  
*Coccus carpini* It. Scan. 47.  
*confer.* Raj. 193. 283. 305. 310. 369. 372.

CORYLUS Avellana. Fl. Svec. 787.

*Phalæna setic. spiril.* Fn. 860.  
*Coccus* Reaum. IV. t. 3 f. 4-10.  
*Chrysomela thorace nitido caput occultante*.  
*Curculio viridi-nitens*, subtus nigro cærulescens,  
*thorace bicorni*.



*Cerambyx testaceus*; elytrorum fascia gemina albi-  
da, thorace spinoso. in nucleis.

confer. Mouff. 188. Raj. 302. 310 371. Frisch. XI: 6.

**PINUS** sylvestris. Fl. Svec. 788.

*Phalæna pectinic. spiril.* Fn. 844.

*Phalæna nasuta.* Fn. 897.

*Phalæna setic.* De Geer. I. t. 22. f. 22. 23. in ramu-

*Phalæna setic.* De Geer. I. t. 22. f. 26. lis.

*Phalæna gallæ resinosa* De Geer. I. t. 33. f. 12. 13.

*Phalæna* Reaum. II. t. 7. 8.

*Phalæna seticornis spirilinguis nasuta, cinereo fuscoque  
nebulosa.* Frisch. X. t. 9.

*Tenthredo atra, ore tibiisque anticis luteis.* Linn.

*Aphis Pini.* Fn. 718.

*Dermestes præmorsus.* Fn. 366. in truncis.

*Cimex oblongus.* Fn. 674.

*Acarus ruber.* Fn. 1191.

**ABIES** Picea. Fl. Svec. 789.

*Phalæna strobili Abietis.* Fn. 914.

*Chermes Abietis.* Fn. 700.

*Cimex femoribus dentatis.* Fn. 672.

## DIOECIA.

**SALICES** Variæ. Fl. Svec. 791. 795. 805. 811. 812. 813.

*Papilio Morio.* Fn. 772. De Geer I. t. 21. f. 8. 9.

*Papilio Polychloros.* Fn. 773.

*Phalæna Sphinx.* Fn. 809.

*Phalæna Sphinx.* Fn. 810. De Geer I. t. 8. f. 5.

*Phalæna Cossus.* Fn. 812. in ligno.

*Phalæna Vinula.* Fn. 819. De Geer. I. t. 23. f. 12.

*Phalæna Salicina.* Fn. 822. De Geer. I. t. 11. f. 13. 14.  
confer. It. Scan. 307.

*Phalæna antiquata.* Fn. 817. De Geer I. t. 17. f. 13. 15.

*Phalæna ocellata.* Fn. 835. De Geer. t. 19. f. 7. 8.

Phalæ-



- Phalæna nigromaculata.* Fn. 849.  
*Phalæna nasuta viridis.* Fn. 895.  
*Phalæna nasuta aurata.* Fn. 902.  
*Phalæna pectinic. spiril.* De Geer. I. t. 4. f. 7.  
*Phalæna Ziczac.* De Geer. I. t. 6. f. 7. 10.  
*Phalæna pectinic. eling.* De Geer. I. t. 11. f. 20. 21.  
*Phalæna pectinic. eling.* De Geer. I. t. 13. f. 18. 19.  
*Phalæna pectinic. eling.* De Geer. I. t. 14. f. 7. 8. 9.  
*Phalæna pectinic. eling.* De Geer. I. t. 22. f. 9.  
*Phalæna setic.* De Geer. I. t. 9. f. 22.  
*Phalæna* De Geer. I. t. 29. f. 22.  
*Phalæna* Reaum. II. t. 18. f. 6. 7.  
*Tenthredo ant. clavat.* Fn. 923.  
*Tenthredo flava.* Fn. 927.  
*Tenthredo Salicina.* Fn. 933.  
*Cynips rosæ Salicis.* Fn. 941.  
*Cynipes gallarum Salicum.* Fn. 940. 942. 943. 945.  
*Aphis fusca, albo maculata, caudis rubris.*  
 Reaum. III. t. 22. f. 1. 2.  
*Chermes Salicis.* Fn. 701.  
*Chrysomelæ.* Fn. 417. 418. 423. 426. 429.  
 440. 1354.  
*Curculiones.* Fn. 447. 448. 470.  
*Curculio ater, fasciis duabus albis: antica latiore.*  
*Cerambyx viridi cærulescens.* Fn. 478.  
*Cicada thorace bicorni.* Fn. 641.  
*Musca aurata.* Reaum. II. t. 13. f. 9-14.  
*Afilus* Fn. 1040.  
*Acarus Salicinae rosæ.* Fn. 1204.  
 confer. Gæd. 33. 35. 38. B. O. N. L. C. XVI. LXIV.  
 XXIV. XXXIII. LXV. Mer. I: 27. 30. II: 37. III:  
 36. 37. 38. 39. 41. Raj. 118. 143. 184. 187. 233.  
 281. 308. 331. 333. 373. Frisch. I: 4. III: 12. 8. VI:  
 3. 8. VII: 1. XII: 7. 12. Blancard. 8. A-D. Jung. 129.  
 HUMU.



- HUMULUS** Lupulus. *Fl. Svec.* 818.  
*Papilio C. duplex.* *Fl.* 775.  
*Papilio Oculus pavonis.* *Fn.* 776.  
*Phalæna Jetic. spiril.* *Fn.* 876.  
*Phalæna Humularia.* *Fn.* 917. *De Geer. I. t. 7. f. 5. 6.*  
*conf. Raj.* 119. 155. 193. 349. 356. 357. 358. 359. 368. 371.  
**POPULUS** tremula. *Fl. Svec.* 819.  
*Phalæna Sphinx.* *Fn.* 809.  
*Phalæna Sphinx.* *Fn.* 810. *De Geer. I. t. 8. f. 5.*  
*Phalæna Vinula.* *Fn.* 819. *De Geer. I. t. 23. f. 12.*  
*Phalæna* *Reaum. I. t. 35 f. 1. 7. 8.*  
*Tenthredo Populnea.* *Fn.* 934.  
*Aphis livida, punctis lateralibus quinque niveis.*  
*Coccinella lineis albis.* *Fn.* 389.  
*Chrysomela aenei coloris.* *Fn.* 426.  
*Chrysomela Populi.* *Fn.* 428.  
*Curculio inauratus, abdomine virescente; antennis nigris.*  
*Cantharis Officinarum.* *It. Scan. p. 186.*  
- - - alba. *Fl. Svec.* 820.  
*Phalæna Salicina.* *Fn.* 822. *De Geer. I. t. 11. f. 13. 14.*  
- - - nigra. *Fl. Svec.* 821.  
*Phalæna Vinula.* *Fn.* 819.  
*Phalæna Salicina.* *Fn.* 822. *De Geer. I. t. 11. f. 13. 14.*  
*Aphis Populi nigrae.* *Fn.* 1355.  
**MERCURIALIS** perennis. *Fl. Svec.* 823.  
*Phalæna meticulosa.* *Fn.* 815.  
**JUNIPERUS** communis. *Fl. Svec.* 824.  
*Tenthredo antennis pectinatis.*  
*Thrips Juniperi.* *Fn.* 728.  
*Ichneumon Triglochidis.* *Fn.* 987.  
*Tipula Triglochidis.* *Fn.* 1150.

POLY-



## POLYGAMIA.

ATRIPLEX angustifolia  $\beta$ . Fl. Svec. 828.

Aphis Atriplicis viridis, oculis atris.

confer. Mer. III: 16. Frisch. III: 11. IV: 17. V: 11.  
VII: 21.

FRAXINUS apetala. Fl. Svec. 830.

Phalæna Sphinx. Fn. 809.

Phalæna geometræ Reaum. II. t. 29. f. 6. 7. 11. 13.

Chermes Fraxini. Fn. 703.

Cantharis Officinar. It. Scan. p. 186.

conf. Jung. 124. Raj. 169. 280. 291.

## CRYPTOGAMIA.

FICUS Carica. H. Upsl. 305.

Chermes Reaum. III. t. 29 f. 17-24.

Cynips Ficus. Hasselq. vid. Amœn. acad. I p. 41.

Cynips Cycomori fusca, aculeo longitudine corporis.  
Hasselq.

conf. Mer. III: 10.

PTERIS aquilina. Fl. Svec. 843.

conf. Gæd. I: 56. Reaum. I. t. 8. f. 25. 26. II. t. 14. f. 12.

LEMNA aquatica. Fl. Svec. 999.

Phalæna Fn. 851.

Phalæna Fn. 852.

COROL.



## COROLLARIA.

Ex dictis concludimus altissimas ARBORES, quæ sua structura a vi & devastatione Quadrupedum immunes sunt, plurimis Insectis alimentum & hospitium præbere uti *Ulmus*, *Cerasus*, *Padus*, *Prunus*, *Pyrus*, *Tilia*, *Alnus*, *Betula*, *Quercus*, *Carpinus*, *Corylus*, *Fagus*, *Pinus*, *Salix*, *Populus*, *Fraxinus* &c.

Idem etiam dictum esto de plantis & fruticibus SPINOSIS, quæ arcent ora Quadrupedum, uti *Grossularia*, *Rosa*, *Prunus spinosa*, *Rubus*, *Cardus*, *Urtica* &c.

Idem quoque observandum de plantarum speciebus numero COPIOSISSIMIS, uti *Gramina*.

Nec non de plantis quas *Pan Svecicus* intactas relinquit, uti *Rumex*, *Urtica*, *Nymphaea*, *Potamogeton*, *Scrophularia*, *Hyoscyamus*.

Sic Natura nihil frustra.





D. D.

# VERNATIO ARBORUM,

QUAM,

CONSENT. AMPLISS. FACULT. MEDICA,  
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

Sub PRÆSIDIO

*VIRI NOBILISSIMI,*

## DN. DOCT. CAROLI LINNÆI,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRI,

MED. ET BOTAN. PROFESS. REG. ET ORD.

ACAD. IMPER. MONSPEL. STOCKHOLM.

UPSAL. BEROL. ET TOL. SOCI,

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT,

HARALDUS BARCK,

*SMOLANDUS.*

IN AUDIT. CAROL. MAJ. D. V. MAJI,

ANN. MDCCLIII.

H. A. M. S.

---

UPSALIÆ,

Exc. L. M. HÖJER, Reg. Acad. Typogr.



Kongl. Maj:ts TRO-  
ÖFVERSTE - LIEUTENANTEN  
wid Smålands Cavallerie,  
*Hægwælborne FRIHERREN,*  
**HERR CLAES ERICH**  
**SILFWERHIELM,**

*Nådige*

**T**Het myckna goda, jag af Eder, Nådiga HERRAR!  
som ock theraf utan twekan sluter, hwad jag lå  
då, Nådige HERRAR! att såsom ett ringa prof af  
lämna desse rön, som jag til en stor del samlat omkring  
och underkållit mitt nöje: Eder förfarenhet har stadgat  
då de antagit den gröna ock tårka wårdråkten.

Tillåten, Nådige HERRAR! mig, då jag efter  
therinunder af tråns löfning utforska råtta Sänningstiden,  
Wågren mig ej, att på thetta enda sättet, jag  
jag, in till mitt sidste har den åran att framhå

*Mine Nådige*

**ED**

Ödmjukaste  
**HARAL.**



TJENARE,  
MAJOREN och RIDDAREN  
af Swärds - Orden,  
*Welborne HERREN,*  
HERR GUSTAV AD.  
WITTING,

HERRAR!

*redan åtnjutit, wördar jag med ödmjukesta tacksamhet:  
danefter af Eder ynnest har att wänta. Tilstådjén mig  
en undergifwen wördnad framte och uti Edra händer  
Edra Sätesgårdar. Eder upmärksamhet har väckt  
min nyfikenhet, til att åskoda trån och antekna tiden,*

*sträfwar ransaka naturen och följa des sporr, samt  
att söka och finna skygd och förfwar hos Eder.  
förmår, betyga den oskrymtade wördnad, hwarmed  
da,*

HERRAR,

ER

*tjenare,*  
BARCK.



MONSIEUR,

*On conviendra sans difficulté que les sciences sont réduites à ce degré de perfection, que celui qui veut y ajouter quelque chose de réel, doit avoir la force de penser, au dessus du Vulgaire. Elles sont néanmoins susceptibles de progrès, c'est ce que les Exemples & l'expérience nous montrent tous les jours : pour s'en convaincre on n'a qu'à considérer l'étendue de l'esprit humain. On ne développe la Nature que par une industrie, qui méprise les travaux & les veilles. Le Public, MONSIEUR, Vous sera indubitablement obligé de l'ouvrage que Vous lui allez communiquer. Vous avez choisi & expliqué une matière, qui porte témoignage de Vos talens & de Vos lumières. Je Vous suis trop redevable, MONSIEUR, pour laisser échapper une occasion si favorable de Vous en féliciter du meilleur de mon cœur. L'applaudissement du Public à l'égard de cet essai ne sera qu'un interprète des récompenses que Votre vertu mérite.*


*J'ai l'honneur d'être,*

MONSIEUR,

*Votre très affectionné & très  
fidèle serviteur,*

ADAM GUSTAV WITTING.





Q. D. B. V.

§. I.



N eo desudarunt omnis ævi Botanici, ut plantas non detegerent solum & nominarent; sed, qua fieri potuit, etiam describerent diligentia. Verum enim vero iusto, quod mireris, arctioribus terminis circumscripta erat in præsens usque seculum hæc scientia; ea enim opinio eruditorum fere omnium animos inceslerat, non extra medicinæ campum ejus patere usum; unde tunc ejus cultores præter Æsculapii filios, paucos admodum videbis, nec ultra mediocre herbarum officinalium studium eorum progressam deprehendes industriam. Nostris autem temporibus, vires plantarum majori cura & industria exquirere & pervestigare conati sunt Viri, in orbe botanico nunquam satis colaudandi. Hi enim, præter medicum usum, alias hujus studii magnas & præclaras detexerunt utilitates, quibus per censendis jam supersedeo, verbo solum



Ium tetigisse contentus, quid in Botanico nostri Lycei campo præstitum sit, unde satis, opinor, patebit, usum hujus studii non vilis esse momenti. In *Philosophia Botanica* monstravit Nobil. D. Præses, quomodo suis, unumquodque solum gaudeat herbis, quas frustra in aliis locis quæras, & præterea, quomodo certæ plantæ vigilias suas agant, statis scilicet horis flores expandant, & statis iterum flores suos occludant (a). Dissertatio de *Sponsaliis plantarum*, usum variorum, quæ in fecundatione observare licet, phœnomenorum, cum orbe erudito communicavit. *Flora Oeconomica*, usum plantarum in œconomia privata fideliter aperuit. Dissertatio de *Gemmis Arborum* nobis causam patefecit, cur variae arbores, nostri orbis nives & frigora non ferant. Ex Disputatione de *Plantis Esculentis Patriæ* discimus, varias in nostro orbe crescere plantas, quæ humano corpori alimenta præbere possint. In *Pane Svecico* videmus, certas tantum herbas certis animalibus esui esse destinatas. Ex *Hospita Insectorum Flora* colligimus, quomodo certa vegetabilia certas insectorum species alant & nutriant.

Quartus jam agitur annus, ex quo Populares nostros in novellis literariis exhortatus est Nob. D. Præses, ut omni cura & diligentia observarent, quo quælibet arbor tempore suas expandat gemmas, foliaque explicet, non vana innixus divinatione, futurum, ut ex pluribus hujusmodi, variis in locis, institutis observationibus, novum & forte non expectatum

(a) Vid. *Phil. Bot.* pag. 263, 273.



Statum fructum nostra capiat patria. Quo monitu  
ego, qui eo tempore in Smolandia commorabar,  
apud Nob. Dom. G. A. WITTING, Majorem &  
Equitem de Ordine militari, incitatus, per spatium  
trium annorum, nempe ab initio anni MDCCL. ad  
idem tempus currentis, Dies, quo arbores frondes  
emittere coepissent, annotavi; nec non quo tempo-  
re agros conseruerint ruricolæ, & quantum denique  
temporis spatium sementem inter & messem interfue-  
rit. Hæc eapropter a me facta esse scias, ut certas  
inde definire possem leges, quibus in qualibet pro-  
vincia sementis esset attemperanda. Sed non pau-  
cæ, quas mihi instituere licuit, observationes huic  
suffecerint negotio; itaque ne incerto & lubrico fun-  
damento res, quam meditor, fulciretur, non grava-  
tus est Nob. D. Præses omnes schedulas, ex diver-  
sis ad Se transmissas locis, mihi concedere excu-  
tiendas. In alio, fateor equidem, argumen-  
to, mea defudavit industria; scilicet animus fuerat  
Floram Gripenbergensem, omnium circa mite Gri-  
penbergæ solum crescentium plantarum usum, cum  
medicum, tum œconomicum complexuram, loco  
Speciminis Academici, publici juris facere; sed cum  
perpaucis isthanc operam usui futuram fuisse depre-  
henderem, mutato consilio, præsentem elegi mate-  
riam, utpote quam Patriæ non ingratham fore judi-  
caverim. Tum ergo erit, B. L. hosce conatus  
mitiori censuræ subicere.

§. II.

Terra nostra, quam frigidum cœlum arget,



hiberno tempore gelu concrefcit, hinc radices pigro  
quafi fopore preffæ torpent, plurimæque herbæ, fu-  
pra terram exftantes, emoriuntur (b). Cum autem  
fol, micibus fuis radiis, fub veris initia, eam re-  
creat; diffugiunt nives, glacies liquefcit, gelu folvi-  
tur & læta redit terræ facies. Vernos flores ftatim  
videmus fuas celebrare nuptias, arboresque, alte-  
ram poft alteram, gemmas referare foliisque amiciri.  
Mirari certe convenit caufam, cur plantæ NEMO-  
ROSÆ, uti *Daphne*, *Anemone Nemorofa*, *Hepatica*,  
*Orobis Vernus*, *Lathræa*, *Pulfatilla*, *Tuffilago*, *Ra-  
nunculus Ficaria*, *Viola* &c. & HORTORUM, *Galan-  
thus*, *Leucojum*, *Crocus Vernus* &c. primo vere flo-  
refcant, quas nulla opera nullaque cura eo redigere  
poffumus, ut fub autumnum feu poft folstitium æfti-  
vum, in florem fe induant. Notatu etjam dignum  
eft, has herbas, verno licet tempore, frigoris pa-  
tientiffimas; autumnno tamen adeo molles eſſe & fra-  
giles, ut, more Indicarum herbarum, ad primam  
pruinam emoriantur (c). e. gr. *Sonchus Alpinus*, im-  
patiens

(b) *Quinque præfertim in Suecia numerantur HIEMES  
ASPERÆ, nempe 1665, 1683, 1703, 1722 & 1751, qua-  
rum tamen frigus 1751 febr. 12 fuit intenſiffimum, &  
vix hoc feculo apud nos obſervatum, dum frigus ad gr. 32  
in thermometro Botanico descendeat.*

(c) *NOCIES FERREÆ vulgo dictæ Sv. Järnnätter,  
ut plurimum incidunt heic Upſaliæ inter VIII & XX men-  
fis Auguſti, e. gr. 1746 8, 1748 6, 1749 21, 1750 19.  
1751 16, 1752 9, & ultra duas aut tres noctes  
raro*



*patiens* &c. *CARDUOS* non ante solstitium efflorescere cernimus, unde *rusticæ* ex eorum flore, tanquam ex calendario, fallere nescio, judicant solstitium præteruisse. Hinc patescit, aliud quidem esse, præter aquam & calorem, quod plantarum promoveat fertilitatem.

### §. III.

Pari ratione fixas leges certumque ordinem in foliatione observant arbores, unde fit, ut quilibet, in hac re vel mediocriter versatus, dum unam videt arboris speciem frondescere, statim sciat, quænam proxime post eam suas explicare debeat frondes. Nec facile ullam observabimus arborem hunc *FLO.*  
B *RÆ*

raro durant. Post hæc non amplius crescit *Hordeum*, nec hæc instantibus suas *Hesperides* aliasque molliores herbas libero diutius aëri credere audent hortulani. Tunc uruntur folia *Ficus*, *Mori*, *Iuglandis*, *Vitis*, *Toxicodendri*, ipsiusque *Fagi*; *INDICÆ* plantæ *Phaseoli*, *Tagetes*, *Cucumeres*, *Amaranti*, *Convolvuli*, *Nicotianæ*, *Daturæ*, *Ambrosiæ*, *Fagopyra*, *Borragines*, *Persicaria orientalis*, *Milium*, *Tropeolum*, *Balsamina*, *Lycopersicum*, *Physalides annuæ*, *Sicyos*, *Mirabilis*, *Helianthus annuus*, *Oenothera*, *Aralia*, *Eupatoria virginiana*, *Heliotropium*, *Botrys*, *Portulaca*, *Lactuca* &c. emoriuntur, immo ipsæ interdum *INDIGENÆ* *Impatiens*, *Xanthium*, *Bryonia*, *Echium*, *Anagallis*, *Sonchus alpinus*, *Chenopodium rubrum* &c. marcescunt. Prius vero quam hæc fiunt, explicat *Colchicum* suos flores, idque interdum serius, interdum prius, prout vel tardiores vel citiores fuerint ferreæ hæc noctes.



*RÆ ORDINEM* transgredi. Hujus autem rei veram causam frustra in eo quaesiveris, quod una arbor altioribus altera nitatur radicibus; tunc enim prius frutices, quam arbores unius ejusdemque speciei, frondes semper emitterent, quod tamen raro fit, sed fuit sine dubio hoc, ex alia quadam causa, nobis adhuc incognita, & ex interna forsitan arboris textura derivanda. Ordo, quem servant arbores, folia explicaturæ, hic fere est, nempe:

1	Grossular. fl. Sv.	195.	13	Ulmus fl. Sv.	219
2	Ribes	- - 197.	14	Rosa	- - 406
3	Padus	- - 396.	15	Pyrus	- - 401
4	Sambucus	- - 250.	16	Prunus hort.	
5	Sorbus	- - 400.	17	Rhamn. fl. Sv.	195
6	Salix	- - 812.	18	Frangula	- - 194
7	Alnus	- - 775.	19	Tilia	- - 432
8	Malus	- - 402.	20	Fagus	- - 785
9	Cerasus Hort.	-	21	Cratægus	- - 398
10	Opulus fl. Sv.	249.	22	Populus	- - 819
11	Betula	- - 776.	23	Acer	- - 303
12	Corylus	- - 877.	24	Quercus	- - 784
			25	Fraxinus	- - 830

Primarum jam enumeratarum arborum (1, 2, 3, 4.) frondescentia, qua tempus & diem, quo folia emittunt, multum variat, prout enim hiems citius vel serius mitescit; ita hæ temporius vel tardius frondescunt; reliquarum vero non item. Ex. gr. Anno MDCCL, quo hiemis vis in Svecia australiore prorsus nulla fuit, sed continuum fere ver, observavi ultimis diebus mensis Februarii *Ribem* & *Grossulariam* circa Gripenbergam florescere,

præ-



præterito autem anno demum initio mensis Aprilis; *Quercus* vero una cum *Fraxino*, folia sua raro nobis prius ostendunt, quam gelu nocturnum fere cessaverit (d). Unde hortulani hesperides suas cælo prius committere non audent, quam folia ultimarum arborum signa eis præbuerint mitioris tempestatis.

#### §. IV.

Opportunum, si quod aliud, *Seminandi tempus*, maxima cura observabit prudens œconomus; id enim, secundum benedictionem divinam, ubertatem facit annonæ, & fundamenta ponit, cum publicæ totius regni salutis, tum privatæ civium felicitatis. Ruricola, patrum rituum & inveteratæ consuetudinis justo tenacior, sementem ut plurimum certo mense, tempori & diei alligat; utrum vero nec ne terra ad semen excipiendum parata sit, parum pensi habet, unde non raro accidit, ut arva fallant depositum, & quod cum sudore seminat seminator, cum mœrore demetere cogatur messor. In eo ergo maxime laborarunt omnis ævi Oeconomi, ut certum definirent & fixum sationis tempus, sed hætenus irritus fuit omnis eorum labor. Fuere, qui ex *gusto* vel *ol-*

B 2

*factu*

(d) Ultra decennium observatum est, *QUERCUM* sua Vernatione mensem *Maji* non transgressam fuisse in Uplandia; patet ex annis 1741 22, 1744 8, 1747 9, 1750 16, 1742 3, 1745 12, 1748 13, 1751 18, 1743 6, 1746 10, 1749 - 1752 18,



*factu* terræ qualitates, ad hunc finem obtinendum necessarias, pervestigare conati sint; nec illi defuere, qui sibi persuaserint, *fœtorem* terræ vel *filæ Divæ Virginis*, certissima fore sementis indicia. Quæ licet omnia suo forte non careant fundamento, fini tamen, quem quærimus, obtinendo nequaquam sufficient. Multorum enim annorum experientia docuit, semina unius ejusdemque speciei, eidem quidem agro, sed diverso tempore, commissa, non æque uberes tulisse fructus. Sic etiam dum una planca viget & florescit, altera ejusdem indolis & in eodem nata solo marcescit & emoritur. Causam sterilitatis haud raro conjiciunt agricolæ in Sanctissimum Numen, ingratam puniturum gentem, agros interdum jubens spontaneis herbis horrescere, segetesque ludere colonos inanibus aristis; sed vere tamen dicere possum, sæpius immerito. De sua potius hi querantur imprudentia sibi que culpæ dent, quod horreum sit casum & promptuarium inane. Cœli sidera lustramus, & a corporibus cœlestibus varias mutationes terræ non immerito colligimus, eorum, quæ juxta nos crescunt, prorsus negligentes. Arbores referare gemmas foliaque sua explicare quolibet videmus anno; hinc concludimus, experientia suffulti, ver appropinquare: nemo autem adhuc ostendere potuit, quamnam arborem nostrum calendarium esse voluerit Providentia, ex qua discamus, quo die semen, in spem futuræ messis, terræ mandare debeat agricola.



§. V.

Facillimam & brevissimam viam in operibus suis semper sequitur natura ; qui hanc itaque imitari velit , eandem observabit methodum. Haut facile quisquam negaverit eandem vim , quæ folia arborum producit , segetes quoque protrudere ; sed jure nemo dixerit , præcocem sementem , maturam semper & ubique acceleraturam esse frugem. Itaque felicior nobis haut forte pollicebimur successum , quam si ex *VERNATIONE ARBORUM* (e) rationis desumamus fundamentum. Dispicendum nimirum est , quo ordine quælibet arbor pro sua specie , aëris calore ipsiusque terræ indole folia sua emittat. Collatis deinde plurimum annorum observationibus non erit difficile ex frondescencia arborum , si non pro certo , saltem maxime probabiliter definire tempus , quo non tantum *Hordeum* , verum etiam *Secale vernum* , *Avenam* aliasque plantas annuas terræ mandare debeant agricolæ.

§. VI.

Hic ut obtineretur finis , fuere varii , qui hortatu Nob. D. Præsidis in variis Patriæ regionibus annotaverint non solum tempus *frondescencie arborum* , sed & diem , quo *Hordeum* seve-  
rint

(e) *Per VERNATIONEM ARBORUM* intelligimus statum illum , quo arbores vi & impulsu naturæ gemmas explicare & in folia erumpere accipiunt.



runt & messuerint, easque observationes benigne nobiscum communicare non gravati sint (f). Singulis Honoratissimorum Virorum ob benevolentiam hac in re nobis præstitam, multam debemus gratiam, præsertim plurimam D. Torén referimus, qui per triennium in eadem arbore ejusdem speciei, omni cura & diligentia hæc instituit observationes; nec non D. Erico Ekelund qui id ipsum pari industria duobus annis præstitit. Nonnullis autem tempus forsan & locus (f) non

In SCANIA circa	Londin. Prof. L. Liedbeck pro A. 1750.
OELANDIÆ Par.	Resmo Past. P. Weidling - 1750.
CALMARIÆ - circa	Liungby D. Uddenbergh 1750, 1751.
In SMOLAND. Merid. -	Notebäck Mag. B. Kallenberg 1750.
- Septent. -	Gripenberg Ego 1750, 1751, 1752.
Cir. GOTHOBURG. ad littus maris	Past. J. Ahlelöf 1750, 1751.
In BAHUSIÆ insula	Körn D. S. Lindberg - 1750, 1751.
NORVEGIÆ finit. circ.	Nåsinge D. M. Torén 1750, 1751, 1752.
WERMELAND. -	Carolist. Lect. J. Frycksell 1750, 1751.
SUDERMANNIÆ Par.	Wingåcker D. L. Willemont 1750.
WESTMAN. circ.	Aros. Lect. A. Carlbaum 1750, 1751, 1752.
UPLANDIA -	Upsaliam D. E. Ekelund 1750, 1751.
DALEKARLIA -	Fahlunam D. Ol. Kalmetter 1750.
FINLANDIA -	Aboam Prof. J. Leche - 1750.
OSTROBOTHNIÆ Par.	Pyhäjåcki Past. N. Mathesius 1750.
MEDELPAD. Par.	Stöde Com:st. D. Nordström 1750, 1751, 1752.
WESTROBOTH. circa	Pithea Præp. C. Solander 1750, 1751.
LAPPONIÆ Par.	Queckjock Past. Ol. Modén 1750, 1751, 1752.



non semper fuit experimenta sua eadem attentio-  
ne instituendi ; Illis enim qui urbe detinentur,  
non raro deest copia hæc rite observandi , & qui  
ruri versantur , domesticis curis ab ejusmodi ne-  
gotiis sæpe abstrahuntur. Quod si vero hæ ob-  
servationses secundum has institutæ fuissent regu-  
las , ut, 1:mo per citatum triennium , allegatis o-  
mnibus in locis , institutæ fuissent , idque 2:do  
circa eadem arborum individua , & 3:tio circa  
arbores quæ eadem terra , eodemque gaudent  
situ cum agro ; tunc forsan certiores regulas co-  
lonis observandas formare potuissimus ; cum ve-  
ro hæ interdum neglectæ sint , non æque bene  
procedet negotium nostrum ; quis enim ignorat  
ventum borealem , umbram solumque humidum  
*Vernationem arborum* tantum impedire , quantum  
altitudo loci , immunitas a septentrionalis venti  
furore , & situs ad radices montium eam promo-  
veat ? Præterea in has observationes sæpe irre-  
psit aliud quoddam vitium. Nempe nonnullæ  
arbores inter quarum *Vernationem* non plures ,  
quam duo aut tres dies interesse debent , sæpe dua-  
rum hebdomadarum intervallo a se disjunguntur ,  
ut reticeam ordinem frondescentiæ (§. 3.) , quem  
vix ac ne vix quidem transgrediuntur arbores ,  
privilegio ipsius naturæ suffultæ , in his diariis  
sæpe a natura alienum.

#### §. VII.

Tempus , quo arbores frondes suas explicare  
ceperint in variis Patriæ provinciis , diemque , quo  
hor-



hordeum terræ commiserint mēssores Anno MDCCL, sequens monstrabit Schema. Defunt quidem observata plurimis in locis pro Annis MDCCLI & MDCCLII, sed fuere, quæ svaserint, ut non ideo hos duos annos heic omitterem. Divisi Schema illud in duas partes, in quarum utraque prior numerus Romanus mensem,

ex. gr. II Februarium, IV Aprilem,

III Martium, V Majum &c.

inferior Svecus diem indicat, & præterea suprema, quo die folia sua, unaquæque arbor in margine citata, primum in singulis Provinciis emisit, infima autem, tempus, quo non solum seminavit, sed & messuerint, & tandem, quot dies inter sementem & messem in unaquaque Provincia interfuerint.

### §. VIII.

Si annum MDCCL respicere velimus, solito mitius in his regionibus sæviisse hiemem & ver fuisse valde tempestivum recordamur. Unde nonnulli in Uplandia tunc arva sua consueverunt circiter circa finem mensis Februarii, qui raro alias id prius facere solent, quam mense Aprili. Non me quidem fugit, agros quarundam provinciarum borealium præmaturam poscere sementem, præsertim quarum arva constant terra argillacea, idque vel ideo, ut ipse ager minori labore subigatur, & prima hordei herba terram facilius rumpat, antequam crusta argillacea eam duraverit. Scani autem, ali-

que



Anno MDCCL.

Anno MDCCLI.

Anno MDCCLII.

	Laponia.	Weneland.	Wesmanina.	Norvegia.	Gothoburg.	Gripsholm.	Smol. Merid.	Calmaria.	Oelandia.	Meana.
Großulmaria	II 26	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11
Ribes -	III 8	III 17	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27
Padus -	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11	III 11
Sambucus -	III 8	III 17	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27	III 27
Sorbus -	III 17	III 24	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31
Salix -	III 16	III 21	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28
Alnus -	III 16	III 21	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28	III 28
Malus -	III 14	III 19	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26
Cerasus -	III 14	III 19	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26	III 26
Betula -	III 13	III 18	III 25	III 25	III 25	III 25	III 25	III 25	III 25	III 25
Corylus -	III 17	III 22	III 29	III 29	III 29	III 29	III 29	III 29	III 29	III 29
Ulmus -	III 26	III 31	III 38	III 38	III 38	III 38	III 38	III 38	III 38	III 38
Pyrus -	III 28	III 33	III 40	III 40	III 40	III 40	III 40	III 40	III 40	III 40
Prunus -	III 19	III 24	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31	III 31
Tilia -	IV 11	IV 16	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23
Populus -	IV 21	IV 26	IV 33	IV 33	IV 33	IV 33	IV 33	IV 33	IV 33	IV 33
Acer -	IV 25	IV 30	IV 37	IV 37	IV 37	IV 37	IV 37	IV 37	IV 37	IV 37
Quercus -	IV 26	IV 31	IV 38	IV 38	IV 38	IV 38	IV 38	IV 38	IV 38	IV 38
Fraxinus -	IV 11	IV 16	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23	IV 23
HORDEI	V 21	V 26	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33
Sementis	V 21	V 26	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33	V 33
Nestis -	VIII 3	VIII 8	VIII 15	VIII 15	VIII 15	VIII 15	VIII 15	VIII 15	VIII 15	VIII 15
Atas -	72	77	82	87	92	97	102	107	112	117







que maris accolæ fero semen agro committunt, five  
ver fuerit maturum five non, idque interdum cum  
magno suo damno, non aliam forte ob causam, ni-  
si ut morem servant, quem a suis hausere majoribus.  
Maxime Borealibus Sveciæ Accolis necessum est se-  
mina terræ mandare, quam primum regelata sit terra,  
si brevis æstas perficiat & absolvat maturitatem spicæ,  
antequam bruma incidat. Uti enim ova fixum tempus  
ad exclusionem pulli requirunt, sic etiam in variis pro-  
vinciis hordeum ad maturitatem obtinendam; in  
cujus rei testimonium adducam aliquot exempla.

A diverso seminationis tempore concludimus ad  
tempus æstivum, necessarium in qualibet provincia  
ad maturitatem Hordei.

Sementis

Pithoæ	1740	Maji	24	Messis	August.	21	Dies	89
	1741	-	18	-	-	20	-	94
	1742	-	16	-	-	18	-	94
	1743	-	16	-	-	15	-	91
	1744	-	20	-	-	15	-	87
	1745	-	13	-	-	16	-	95
	1746	-	15	-	-	14	-	91
	1747	-	17	-	-	12	-	87
	1748	-	24	-	-	11	-	79
	1749	-	10	-	-	11	-	93
	1750	-	8	-	-	3	-	87
	1751	-	10	-	-	10	-	92
								Medium 89.

Uplaliæ	1747	Apr.	17	August.	6	-	111
	1748	-	18	-	9	-	113
	1749	-	25	-	16	-	113
	1750	-	5	-	19	-	155
	1751	-	17	-	13	-	118
	1752	-	19	Julii	20	-	92
							Med. 105.



In Näsinge versus Norvegiam

1750	Aprilis	9	August.	1	-	-	113
-	-	23	Julii	27	-	-	95
	Maji	8	August.	1	-	-	85
-	-	10	-	3	-	-	85
-	-	15	-	4	-	-	81
	Junii	2	-	14	-	-	73
-	Körn Infula Bahusiae						Med. 93.
1731	Maji	17	August.	20	-	-	95
1732	Junii	7	Septemb.	3	-	-	88
1734	April	28	August.	7	-	-	101
1735	Maji	14	-	4	-	-	82
1736	-	18	-	16	-	-	90
1738	-	23	-	25	-	-	94
1739	April.	27	-	23	-	-	118
							Med. 100.

Ex his, quæ jam attulimus, nec non ex variis aliis experimentis, nihil aliud hac vice concludere possum, nisi *Seminationem Hordei* proxime coincidere cum *Vernatione* seu *FronDESCENTIA Betule*, saltem in Uplandia aliisque locis proxime adjacentibus; & si non ubique locorum illius signum foret certissimum, facile tamen, examine instituto, alia invenietur arbor huic fini magis accommodata, & quam pro Calendario habeant suo quædam Provinciæ, dum Betulam consulant plurimæ.

§. IX.

Quod si ergo plures post hac instituendæ observationes eandem hanc rem confirmaverint, non dubito, quin varios inde perciperemus fructus, præsertim tunc non deesset firmitus fundamentum, cui sationem non tantum frumenti, sed Olerum etjam & Plantarum hortens.



hortensium attemperaret œconomus. Quid itaque commodi publico accederet, si quis in unaquaque Provincia quotannis observationes, debita cum attentione, hac in re instituere, easque demum eodem modo, quo Astronomi observationes suas Meteorologicas, cum Societate aut Academia Regia Scientiarum communicare vellet? Præterea e re erit observasse, quænam sementis, variis diebus veris instituta, uberior proferat fructum, ut ex hocce collato cum frondescentia variarum arborum, elucesceret tempus huic negotio maxime adæquatum. Pari modo non inutile foret annotasse, quo in unaquaque Provincia tempore plantæ certæ, saltem præstantiores, florescant, ut velocior vel tardior anni progressus inde patefceret; videmus enim, licet hæc in usu adhuc non fuerint observationes, quomodo de tempore *FOENICESII*, vel ex floribus *Parnassie*, *Scabiosæ succisæ*, *Gentianæ pneumonanthes* aut *Antherici ossifragi* prorumpentibus, vel ex floribus *Trifolii pratensis* evanescentibus, seu maturitate seminum *Rbinanti*, aut in locis elevatis ex flavedine foliorum *Arnice* augurentur scenimeflores.

Profecto si Botanici, ritu Astronomorum, annotarent tempus venerationis & florescentiæ arborum atque herbarum, diesque, quibus semen feratur, florescat & maturescat, easque observationes plures annos continuarent, nullum esset dubium, quin inde elicere possemus fundamenta, ex quibus tuto concludere liceret, quo tempore fruges & plantæ culinares, pro cuiuslibet soli cœlique genio, feri deberent. Nec deessent argumenta, ex quibus de *HLEMIS* ad-

ventu



ventu auguraremur; non ignoraremus serius ne an-  
ocyus autumnalem faceremus sementem; & vatem  
denique, quem consulerent, tutissimum haberent hor-  
tulani, qui lubricam unice jam sequuntur conjecturam.

§. X.

Hæc sunt pauca quæ in tam vasta materia in me-  
dium proferre volui; ne mireris B. L., si tua exspe-  
ctatione brevior fui in argumento non adeo trito, nec  
dum ad liquidum perducto. Non mearum fuit vi-  
rium omnia ad vivum refecare, sed summa solummo-  
do rerum fastigia sequendo, ansam solidioribus  
præbere volui interiores hujus argumenti  
recessus ulterius excutiendi.

SOLI DEO GLORIA!

Domino AUCTORI.

Εἰς νῦν μὲν ἂν ἐμβαλλόμεθα πάμπολλα, τῆς ἡμῶν διανοή-  
σεως παραπλησίως ἄξια ὅπως δὲ ἐκάστων τὴν ἀξίαν  
μετρήσωμεν τῇ αὐτῶν ὠφελείᾳ, ἡμῶν τὸ ἐνδεὲς ἠτήσα-  
το. Ἀλλὰ μὴν ἐκείνων ἡ τιμὴ πολλῷ μᾶλλον αὐξήσεται, εἰς τὰ  
καὶ ἡμᾶς τέρπη. Καὶ γὰρ οἱ τὰ τερπνὰ τῶν συμφερόντων  
προσελόμενοι ὅμοια πάχωσι τοῖς τὸ κεράτιον ἀντὶ καρπῶ λαβῶ-  
σιν ὅμως μέντοι ὀρθῶς τῆς σκέψεως ἡμῶν ἡγησόμεθα ἀξιότα-  
τον, ὅ, τι ἂν ἅμα τῇ τε ὠφελείᾳ καὶ τὴν ἡδονὴν ἡμῖν ὡς πλεί-  
στην ἐνέγκῃ. Ἀμφότερα τάδε τὰ πλεονεκτήματα ἐνεστὶ ἐν τῷ  
συγγράμματί Σβ, ὃ φίλτατε. Οὔτε ἐν ἡδὴ Σοι συγχαίρωσιν  
οἱ φίλοι ἅπαντες, ἐκόντως ἐξ ἑαυτοῦ χαριέστατα θάλλοντος ὡ-  
ραῖον μαντευόμενοι θερυσμόν· καὶ γὰρ πρὸς τὸ Θεῖον εὐχαὶ ποιή-  
σομαι ἀδιαλείπτως, ἵνα Σοι καλῶς γένοιτο.

JOHANNES WIMAN.



S. C. A.

# DEMONSTRATIONES PLANTARUM

IN

HORTO UPSALIENSI MDCCLIII,

*Quas*

*Consentiente Experient. Facult. Medica*

*Præside,*

*Nobilissimo & Experientissimo*

DN. DOCT. CAROLO  
LINNÆO,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO, EQUITE,

Med. & Botanic. PROFESS. Reg. & Ord.

Acad. Imperial. N. C. Monspeliens. Stockholm.

Berolin. Upsaliens. Tolos. & Londin. Socio,

In Aud. Carol. Maj. d. III Octobr. MDCCLIII.

*Horis ante meridiem solitis*

*Proponit*

JOHANNES CHRIST. HÖJER,

*Uplandus.*

---

UPSALIÆ,

Excudit LAUR. M. HÖJER, Reg. Acad. Typ.



DIRECTEURSKAN,  
*Dyg å d l a*

# F R U B E A T A C H A R L O T T A M E N T Z E R,

Min Huldesta MODER.

**T**ro intet, Huldesta Moder, då jag gifwer Eder denna lårospån, min affigt vara, at med lysande glit-  
ter löna Edra stora wälgärningar, och tilfredsställa  
mit taksamma sinnes kånbara längtan. Den öma om-  
wårdnad som J, Huldesta Moder, byst om mig och min wäl-  
gång, är så stor, at då jag den med wårdnad betraktar,  
tanken alltid förloras i et tårande bekymmer öfwer min  
wanmagt, at wisa skyldig erkånsla. Fast himlen målnade  
nog tidigt för mig, då jag i spädare åldren måste begråta  
min Far; så skulle jag dock obetänkt knorra, om jag ei  
bekände, at Eder huldbets låga skingrat dessa måln så, at  
jag af dem kânt ringa wårkan. Eder omsorg, Eder nå-  
da och Eder dryga kostnad, äro de medel, genom hwilka  
denna åker blifwit frukthar, som nu framskiuter första  
axet. Då J, Huldesta Moder, med så stor rätt Eder det  
tillågnar, wore jag ju blind, om jag trodde mig kunna fram-  
båra det som en skånck. Nei, Edert wårda Namn, låses  
på dessa blad, på det jag måtte åga tilfålle at almänt  
tacka Eder derföre, at J behagat frambringa dem i liuset.  
Gud göre Edra dagar, Huldesta Moder, många och lålla,  
och gifwe mig sin nåd, at med smakligare frukter än den-  
na, kunna fågna Eder ålderdom.

Min Huldesta MODER, EDER

ödmjuk lydige son  
JOHAN CHRIST. HÖJER.



# COMMUNISTERN

Wid Stads Församlingen uti Norköping,

*Ärewördige och Höglärde HERR*

MAG. JOHAN M.  
TILLMAN,

Min Högtårade kåraste Swåger.

**G**enom Eder möda har jag fått förnuftiga tankar om GUD, mig och nästan. Hwad är då billigare, än wisa det almånnas de tankar jag byser om Den, som gördt mig så mycket godt. Uptag då kåraste Swåger, dessa blad som en tacksamhet för all Eder omsorg för min tilwåxt i dygd och skickelighet. Wore det i min förmåga at wisa annan erkånsla, så skulle den ej bestå i blotta ord. Det endaste jag kan, är emedlertid, at anropa Almagten med trogna suckar för Eder beståndiga wålmåga. Lef lycklig, lef wål, lef länge.

Min kåraste Swågers

*Ödmuke tjenare,*  
JOH. CHRIST. HÖJER.



BOKTRYCKAREN  
Wid Kongl. Akademien uti Upsala,  
*Högaktad*

# HERR LORENTZ MAGNUS HÖJER,<sup>e</sup>

Min kåraste BRODER.

**K**årlek, förtroende och taksambet, föranlåta mig  
at framför detta Academiska arbete sätta Edert  
Namn. Den första, tändes wål då hos mig, när blo-  
den började rinna i mina ådror, men des lågor hafwa dock  
at den öma omsorg 7 byst om min wälgång, lånt sin styrka.  
Denna har alstradt et förtroende som öfwertygar mig der-  
om, at en ringa gåfwa högt anses, då hon är wälment.  
Skulle jag åndock twifla om jag borde tilägna Eder dessa  
blad, klagade wisseligen de sielfwa öfwer min otaksambet,  
som kunnat förgåta Den, hwilken möda gifwit dem  
det ljus, de nu äga. Tag derföre, kåraste Broder kår-  
ligt emot denna skänk, och war försäkrad, at  
fast ödet hindrar mig gifwa någon wårdare, skal det  
dock ej afbålla mig, at anropa Den, som rikt lönar  
wälgerningar, derom, at Edert ständiga wål under  
Hans nådiga beskydd måtte grönkska. Lef förnögd, och  
fyll min önskan.

Min kåraste BROTTERS

*upriktige bror och tjenare,*  
JOH. CHRIST. HÖJER.





I. N. 7.

§. I.

**I**Nter maxima Botanices promovendæ atque alendæ adminicula, HORTI omnino sunt BOTANICI, ad plerasque, & optimas quidem Academias, jam instituti. In his enim, studiosa juvenus, velut in Bibliotheca quadam viva, herbas maxime exoticas & raras invenit, & ea copia, ut non sine sumtu insigni, & optimæ fere totius ætatis jactura, peregrinationibus susceptis, investigari possent. Heic igitur, quasi gratis, opes Floræ in parvulum terræ tractum, tanquam Paradisum, conclusas reperire, & simul speciem unam cum altera conferre licet, atque adeo eadem opera, specierum differentias perdiscere, quod primum & præcipuum erit propositum. Cognitione enim specierum omnis solida fundatur eruditio, qua vacillante, nihil firmum est & stabile. In *Herbationibus*, herbæ vivæ juventuti quidem demonstrantur, sed raro ibi accidit, ut tot & sæpe omnes inter se conferri possint species, quarum tamen collatione, & differentia inde observata, vera nititur specierum cognitio. In *Hortis Botanicis* occasio sese offert, quotidie videndi Plantam, ab ovo suo jam prodeuntem, virescentem, florescentem, fructificantem, usque dum sua tandem semina exhibeat. Hinc, omnes ejus considerari possunt metamorphoses, unde idea ejus tam arcte menti infigitur, ut certo postmodum eam agnoscamus. Heic percipies, quomodo herbæ, quædam ma-  
tu



turius, quædam tardius frondescent, floreant, fructificent, decidant; atque ita de his optima in Hortis instituuntur experimenta. *Saporem* quoque & *Odorem* herbarum, heic per familiarem sibi reddunt studiosi, unde major eorum & minor in Medicina, virtus & efficacia, dignoscitur. Horti Academici eum in finem nequaquam sunt instituti, ut plantæ Medicinales, in gratiam Pharmacopolarum ad morbos pellendos, ibi serantur; sed ut Medici vere cognoscant Plantas, hac & alia quædam virtute præstantes; sunt enim Horti hi, vivæ quasi Bibliothecæ plantarum.

## §. II.

In Hortis, Professor, herbas studiosæ juventuti monstrat, additis nominibus, synonymis, criteriis, patria, virtute, usu in re Medica, Oeconomica, & ceteris notatu dignis. Huc igitur confluit juvenus prudentissima, quæ ad Academias studiis vacat, ut videat, cognoscat, ac rite discernat vegetabilia, quas discens, pro ratione instituti applicat, ut futurus Medicus ad Medicinam, ut futurus Oeconomus & membrum Reipublicæ ad Oeconomiam, ut Philosophus Christianus ad contemplationem Oeconomix Divinæ.

## §. III.

Cultura & conservatio ejusmodi Hortorum, tanto est difficilior, quanto propius ab aquilone siti fuerint, ubi hiemes frigidiores, & dies sæpius nubili, eos lætissimis solis radiis longo quasi subducunt tempore, cum brevis ibi sit æstas, hiems diuturna. Hinc, in Hortis borealibus non possunt non vegetabilia pluribus & majoribus, quam alibi, subesse vicissitudinibus. Videmus Plantas, a terris australioribus huc perductas, partim sub dio nunquam florescere potuisse, partim flores
 qui-



quidem emisisse sero demum autumnno, sed ingruente hieme semina frustra fuisse expectata, cum vix apertis floribus frigus irruat. Exempli loco, pleræque herbæ ex America boreali esse possunt. Hac æstate in Horto nostro Academico, varias vidimus herbas Hispanicas, calore nostro non contentas, occulte floruisse sine corolla, sed semina tamen fecisse. Tales sunt: *Cistus guttatus*, *Cistus salicifolius*, *Salvia verbenaca*, *Silene portensis*, *Crucianella patula*; quæ omnes æque ac *Campanula perfoliata*, *Campanula hybrida*, *Ruellia clandestina*, *Tussilago Anandria*, *Lamium amplexicaule*, *Ipomœa Pes tigridis*, corollas non ostendunt, si calorem non habuerint sufficientem. Non sine indignatione video *Lapponicas*, & ipsas plantas *Alpinas*, ex climatibus frigidissimis, pari molestia in Hortis cultione propagari, ut illæ, a mitiori adductæ climate; immo ex frigore hiemali perire. Nam circa finem mensis Augusti in Alpibus suis frigidis, post duas fere noctes gelidas subito ingruentes, altissima nive, hybernū frigus excludente, teguntur & conservantur ab injuria aëris. Hac, velut *Tetrao*, obrutæ jacent, usque dum æstas calida circa solstitium per duos ut plurimum dies, tegumentum aufert, atque adeo sine mora a noctibus rigidis liberat, quæ apud nos herbas tenellas, verno tempore, debilitant. Ut igitur heic vigeant, necessum est, ut in aperto quidem aëre positæ, æstus tamen solis umbra artificiali effugiant. Herbæ immo in umbrosis crescentes *Nemoribus*, apud nos tam cito frigore marcescunt, atque illæ, quæ ab India asportantur, ita quidem, ut dum noctes frigidæ herbas absumant ex India æstivales, ut sunt *Cucumis*, *Portulaca*, *Phaseolus*, *Tagetes*, *Tropæolum*, simul nonnullas perdant indigenas, quales sunt *Impatiens*, *Helxine*, *Chenopodium rubrum*, immo & *Sonchus alpinus*; quas æque ac plantas Indicas autumnno tutari debemus,

fi



si eas conservatas videamus. *Indicæ* vero plantæ, in Viridariis pretiosis, ab Academia nostra in usum Botanices institutis, in Horto nostro Academico bene valerent, si calor solus earum esset vita, sed sole etiam delectari volunt, sine quo torpidæ evadunt, folia demittunt, pallent & contabescunt, uti vegetabile quoddam in cella. Unde etiam, cum menses hiemales Januarius & Februarius solem ob nubes continuas sæpe vix ostendunt, ita enervantur vegetabilia, ut vix tota æstate vires resumant, sed sæpe pereant. Hinc fit, ut Plantæ in terris borealibus, cura & labore maximo ægre conservari possint, unde & Horti illi Botanici gravioribus subjecti sunt vicissitudinibus, quam feliciores, in terris propius ad meridiem sitis.

#### §. IV.

Sub demonstrationibus a Nobilissimo Domino Præside, tam publice quam privatim, in Horto Academico habitis, magnum observavi herbarum numerum, quæ in edito ab Illo 1748. Horto Upsaliensi non reperiuntur. Vidi quasdam antea ibi crescentes plantas, quæ jam desiderantur. Institui igitur hoc anno, in Horto notare omnes, quæ hac æstate ibi fuere demonstratæ. Quæ in re, facilitate tanto majori usus sum, quod nomina ex *Speciebus Plantarum* Nob. D. Præsidis jam via compendiaria & sine ambagibus proponi possunt, quæ antea difficulter recensebantur. Novum quasi, pro hoc anno, Hortum Upsaliensem exhibeo sistoque, ut videat Lector, divitias apud nos vigentes, adjectis simul paucis, quas colligere potui, observationibus, Studioso Botanico profuturis.





D. D.

CLASSIS I.  
MONANDRIA.

MONOGYNIA.

**C**anna indica.  
angustifolia.  
glauc.

Bærhavia diffusa.  
diandra (a).

DIGYNIA.

Corispermum hyssopifo-  
Blitum capitatum. (lium.  
virgatum.

Cinna arundinacea.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Jasminum fruticosum.  
odoratissimum.

Ligustrum vulgare.

Phillyrea angustifolia.

Syringa vulgaris.  
persica.

(a) Erecta crescit.

(b) FILIA *bujus* cum *verbenae officinalis* descripta

a D. J. Haartman in Dissert. de plant. Hybridis p. 7. n. I. t. I. quot-  
annis floruit nec structuram mutavit, sed absque fructu, quamobrem ab  
hac ~~novam~~ non constituimus speciem, etiam si radice facile propagetur.

Circæa canadensis.

Veronica latifolia.

hederæfolia.

peregrina.

longifolia.

spuria.

incana.

maritima (b).

spicata.

officinarum.

scutellata.

Chamædrys.

arvensis.

Adhatoda.

Justicia

Gratiola officinalis.

Verbena jamaicensis.

nodiflora.

bonariensis.

hastata.

urticifolia.

officinalis.

Amethystea cœrulea.

A

Zizipho.



Ziziphora tenuior.

Monarda fistulosa.

mollis (c).

Rosmarinus officinalis.

Salvia officinalis.

viridis.

pratensis.

agrestis (d).

verbenaca.

hispanica.

verticillata.

canariensis.

Sclarea.

ceratophylla.

nutans.

Collinsonia canadensis.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Valeriana rubra.

Calcitrapa.

Cornucopiæ.

Phu.

Locusta discoidea (e)

coronata.

sibirica.

Cneorum tricoccum.

Melothria pendula

Lœflingia hispanica.

Ortega hispanica

Crocus sativus.

vernus.

Bulbocodium.

Ixia chinensis.

Gladiolus communis.

Antholyza Cunonia.

Iris fusiana.

germanica.

variegata

biflora.

pseudAcorus.

sibirica.

virginica.

spuria.

graminea.

tuberosa.

Xiphium.

perfica.

Comme-

(c) Simillima *M. fistulosæ*, at caule duplo majore, minime piloso ut in illa; differt etiam a *M. clinopodifolia* foliis mollissimis, nec nudis, argute ferratis.

(d) *SALVIA* foliis cordatis, summis amplexicaulibus, corollarum galea labium æquante. *Horminum pratense niveum*, foliis incanis. *Baub. pin.* 238. Habitat in Germaniæ pratis. Simillima *S. pratensis* a qua differt: Foliis pallidis, tempore florendi autumnali, Corollis albis, galea non duplo longiore quam labium, sed æqualis longitudinis.

per prata & fruticeta ad paludem cespitosam lacunis per-  
fossam.

1. **SEPTA**, oleribus consita, inter olera incarcerant varias.

*Chenopodium polyspermum.* *Erysimum Irio.*

*Ethusa Cynapium.*

*Lamium purpureum.*

*Euphorbia belioscopia.*

*Bidens tripartita.*

*Euphorbia Peplis.*

*Sonchus oleraceus levis &*

*Ranunculus repens.*

*asper.*

2. **PRA-**



2. *PRATUM BÂRBYENSE*, præter communes, & in pratis frequentes herbas.

*Serratula tinctoria.*      *Epilobium palustre.*

3. *RUPES*, versus Bârbyense pagum, obducuntur lichēnibus.

*Bryum pulvinatum.*      *Lichen stygius.*

*Lichen olivaceus.*      *Lichen lanatus.*

*Lichen fragilis.*      *Lichen atro-virens.*

*Lichen sanguinarius.*      *Lichen falunensis.*

4. *TUMULI UPSALIENSIS antiquæ*, plantis vulgatissimis & in pascuis aridissimis admodum vulgaribus obducuntur, at in confiniis se sistit rarior heic planta:

*Anemone vernalis.*

5. *WITTULSBERGENSIS* palus, varias fovet plantas minus frequentes.

*Veronica scutellata.*      *Convallaria bifolia.*

*Utricularia vulgaris.*      *Juncus effusus.*

*Utricularia minor.*      *Scheuchzeria palustris.*

*Eriophorum alpinum.*      *Pedicularis Scept. Carolin.*

*Cicuta virosa.*      *Carex limosa.*

*Selinum palustre.*      *Carex panicea.*

*Drosera longifolia.*      *Carduus palustris.*

## HERBATIO VI.

### WAXALENSIS.

Per telonium *Waxalense* eundum, ad agros *Waxalenses* & dextrorsum per colles, dein sinistrorsum iterum per prata prædiorum *Eka* & *Fälla*, & dehinc ad prædium Professoris Botanices, quod *Törnby* dicitur, inque ejus lucum, insectorum refertissimum.

1. *VIA UPSALIENSIS*, qua *Waxalam* versus, itur, ad latera producit herbas, quas pecora non facile devorant, ut sunt:

Sola-



*Solanum Dulcamara.*      *Lepidium ruderale.*  
*Polygonum Hydropiper.*      *Antirrhinum Linaria.*  
*Erysimum officinale.*      *Carduus lanceolatus.*

2. *AGRI WAXALENSES*, inque eorum versuris & col-  
 libus sunt:

*Bromus hordeaceus.*      *Medicago falcata.*  
*Athamanta Libanotis.*      *Medicago lupulina.*  
*Silene nutans.*      *Trifolium montanum.*  
*Tillea aquatica.*      *Trifolium arvense.*  
*Erysimum Alliaria.*      *Onopordum Acanthium.*  
*Hieracium dubium.*      *Centaurea Scabiosa.*  
*Hieracium Auricula.*

3. *PRATA EKENSIA & FÄLLENSIA*, iisdem fere  
 vestiuntur plantis & herbis, quibus Norrbyense  
 ceteraque prata circumjacentia amicta vides, si  
 exceperis:

*Scabiosam Succisam.*      *Hypnum alopecurum.*

4. *FÄLLA*, præter eas, quas supra in ejusmodi locis com-  
 memoravi plantas, promit ad versuras:

*Scabiosam arvensen.*

5. *TÖRNBY*. Præter plantas, circa colles Waxalenses  
 annotatas; ornantur clivi circumjacentes plurimi  
 præsertim:

*Buphtalmo tinctorio.*

6. *LUCUS TÖRNBYENSIS*, ejusdem generis arboribus  
 & plantis gaudens, ac ille supradictus Norrbyensis,  
 hospitium præbet insectis gratisimum, in quo  
 igitur commilitones, per aliquot horas, solent inde-  
 fessi Insecta colligere, antequam redeant Upsaliam.

## HERBATIO VII.

## HUSBYENSIS.

Per obicem urbis, cui nomen dedit fundus  
 quondam Th. Doct. & Profess. Upsal. Luth, *Luthbomen*,  
 C ad



ad pratum ejusdem nominis, *Luthagen*, & pratum quod a nitro nomen habet, *Saltpetter-Ången*, cum reliquis pratis & agris ad *Nemus Regium*, & ulterius per *Popule-tum Håsselbyense*, in parœcia Bôrjensi situm; hinc per prædia & pagos *Husby* & *Staby* in urbem reditus iterum patet.

1. *LUTHAGEN*, solitas plantas pratenses nutrit, si frequentes addantur:

<i>Ranunculus sceleratus.</i>	<i>Myosotis palustris.</i>
<i>Lathyrus palustris.</i>	<i>Mentha arvensis.</i>
<i>Vicia sativa.</i>	<i>Vicia sepium.</i>

2. *RIPA fluvii UPSALIENSIS* sæpius inundata.

<i>Lycopus europæus.</i>	<i>Ranunculus reptans.</i>
<i>Limosella aquatica.</i>	<i>Elatine Hydropiper.</i>
<i>Jungermannia pusilla.</i>	<i>Riccia crystallina.</i>
<i>Falcum acaulon.</i>	

3. *PRATUM SALTPETTERÅNGEN*, in quo etiam, præter communes cum reliquis pratis:

<i>Pedicularis sylvatica.</i>	<i>Montia fontana.</i>
<i>Orchis latifolia.</i>	

4. *PRAEA* reliqua in hoc itinere obvia, communes præter:

<i>Tanacetum vulgare.</i>	<i>Comarum palustre.</i>
---------------------------	--------------------------

5. *NEMUS REGIUM*, arctissimum licet, juxta prædium *Husby*, præter supra memoratos Lichenes, heic raras minimeque frequentes, sibi reservat:

<i>Linnæam borealem.</i>	<i>Monotropam Hypopithym.</i>
--------------------------	-------------------------------

6. *POPULETUM HÅSSELBYENSE*, amœnissimum quoque est insectorum domicilium.

7. *TEMPLI BÔRJENSIS* in confiniis reperitur.

*Ophrys Monorchis.*

8. *PRÆDIUM KIÅTTINGE*, in rupe habet plantam, in *Uplandia*, nobis nullibi visam.

*Silenem rupestrem.*

9. *PRA-*



9. PRATUM NYFLENSE.

*Aster salicinus.*

10. PRÆDIUM HUSBY, in possessione S. Th. Doct. & Prof.

Hydrén, in campis & pratis offert sequentes plantas ut:

*Sedum album.* *Dianthus deltoides.*

*Sedum sexangulare.* *Erigeron acre.*

*Sedum annuum.* *Angelica sylvestris.*

*Linum catharticum.* *Polygala vulgaris.*

HERBATIO VIII.

JUMKILENSIS.

Urbe per telonium, *Fierdings Tullen* dictum, egressi Floræ Alumni, siquidem longum instat iter, equis & curribus rusticis, ex ipsa parœcia Jumkilensi sæpe conductis, per unius cum dimidio miliaris Svecici spatium, ad ipsum templum Jumkilense, via regia vehuntur, ibi in pagis pernoctantes, postridie sub ipsa matuta, Ducem suum indefessum, per prata sylvestria, eaque plurima, nec non atras sylvas, humidaque deserta comitantur per integrum miliare, usque ad extrema ipsius paludis Jumkilensis, ubi sequentes inveniuntur herbæ:

1. SYLVA DESERTA & atra, ad paludes sæpe minus frequentes alioquin plantas alit, ut:

*Arundo calamagrostis.* *Ranunculus Lingua.*

*Scirpus sylvaticus.* *Ranunculus polyanthemus.*

*Campanula Cervicaria.* *Rubus cæsius.*

*Calla palustris.* *Equisetum limosum.*

*Carduus heterophyllus.* *Equisetum sylvaticum.*

*Hieracium paludosum.* *Lycopodium annotinum.*

*Gnaphalium sylvaticum.*

2. PALUS JUMKILENSIS repleta Sphagno & Turfis aqua inundatis, ejusdem generis herbas profert, quas supradicta *Wittulbergensis*, ut sunt: *Carex Limosa,*



*rosa*, *Pedicularis Scept. Carol.*, *Scheuchzeria palustris*, *Ophrys Corallorbiza*, *Ophrys paludosa*, *Equisetum limosum*, *Utricularia vulgaris minor*. Cæteroquin circum Upsaliam rariores, ubi præterea:  
*Schœnus albus*. *Splachnum ampullaceum*.  
*Hypnum scorpioides*.

3. *PLATEÆ URBIS UPSALIENSIS* offerunt, ex itinere fessis Floræ Alumnis, plantas locis ruderatis & inhabitatis proprias, ut sunt:

<i>Myosotis Lappula.</i>	<i>Leonurus Cardiaca.</i>
<i>Chenopodium urbicum.</i>	<i>Marubium vulgare.</i>
<i>Chenopod. Bonus henricus</i>	<i>Artemisia Absinthium.</i>
<i>Hyoscyamus niger.</i>	<i>Senecio vulgaris.</i>
<i>Cynoglossum officinale.</i>	<i>Anthemis Cotula.</i>
<i>Geranium cicutarium.</i>	<i>Urtica urens.</i>
<i>Malva rotundifolia.</i>	<i>Urtica dioica.</i>
<i>Antirrhinum minus.</i>	

Curiosi diligentesque naturæ scrutatores Juvenes, Upsaliæ florentes, hoc modo Herbationes suas Botanicas, mense inprimis Junii, absolvunt, ut noscant patriæ Gazas, quas aliquando vertant in usum proprium, in commodum rei publicæ, inque gloriam & admirationem Creatoris.





*Q. F. F. Q. S.*

DISSERTATIO ACADEMICA

O V E S

BREVITER ADUMBRANS,

QUAM,

VENIA EXPERIENTISS. FACULT. MEDICÆ  
IN ILLUST. AD SALAM SVION. ATHENÆO,

SUB PRÆSIDIO

*VIRI NOBILISSIMI,*

DN. DOCT. CAROLI  
LINNÆI,

SÆ RÆ M: TIS ARCHIATRI,

MED. ET BOTAN. PROF. REG. ET ORD.

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI,

*Nec non*

ACAD. IMPER. N. C. MONSPEL. BEROL. TOL. UPSALÆ

LOND. HOLM. SOCH ET PARIS. CORRESPOND.

*PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIT*

ISACUS PALMÆRUS Nic. Fil.,

O-GOTHUS

IN AUDIT. CAROL. MAJ. D. XXX OCTOBRIS  
ANNI MDCCLIV.

*H. A. M. S.*

---

UPSALIÆ, Exc. LAUR. M. HÖJER, Reg. Acad. Typ.



*VIRO Almodum Reverendo Clarissimoque,*  
**D:ño NICOLA O**  
**PALMÆRO,**

*Ecclesiæ, quæ DEO in Kullerstad colligitur,*  
*PASTORI Vigilantissimo,*  
*PARENTI OPTIMO, CARISSIMO*

**I**n id amice conspirant omnia, in universo hoc rerum  
complexu, quæ unquam existunt, quod suo quælibet  
modo, operam quasi navent, ut beneficiorum in se col-  
latorum semper sint memores. Itaque si vel ipsas belluas  
inspiciamus, non omni plane hujus virtutis carent sen-  
su. Mortalium idcirco ingratissimi gravissime terræ  
pondera essent nuncupandi, quotquot hac in parte bru-  
tis cedunt animantibus. Hinc boni profecto omnes, in  
hoc officii genere, sancte servando, toti elaborant, ut  
ne vel minimam prætermittant occasionem gratissimum te-  
stificandi animum. Hoc cum ita sit, quid mirum, si fi-  
lius sibi immortaliter gauderet, quod dies, tot votis diu  
exoptatus, illuxerit, quo Paterna beneficia publice ipsi cele-  
brare liceat. Etenim tot tantaq; *Tua* in me sunt merita, P. P.  
ut illis per censendis, nedum rite prædicandis, exigua, qua-  
lis mea est, haut sufficiat svada: nam quoties illorum recor-  
dor, recordor vero in dies horasque singulas, toties magni-  
tudine & numero me prorsus obruunt. Suscipias igitur, hu-  
millimus oro, serena, ut soles, fronte, levidense hocce munus  
chartaceum, pignus tamen cultus *Tui* sanctissimum, quod  
jam filius *Tibi* pia offert manu. Jubeat insuper Summus re-  
rum humanarum Arbiter, fatalem illum, ac atris omnino  
calculis notandum, diem feris inscriptum iri fastis, quo ec-  
clesia pastore fidelissimo, *Tuiq;* omnes spe atque fulcro cer-  
tissimo se orbatos sentiant ac deplorent! Sic vovet vovebitq;  
ad urnam usque permanfurus,

*PARENTIS OPTIMI, CARISSIMI,*

*filius obedientissimus*  
**ISACUS PALMÆRUS.**





D. D.

## PROOEMIUM.



Vium cultura, quæ pristinis tem-  
poribus adeo contempta fuit, ut  
indoctis & incultis tantum esset  
relicta; nunc temporis, dum  
œconomia justam in patria no-  
stra obtinuit locum, tanti est  
pretii, ut inter optimas, quæ  
felicitatem regni amplificent, ar-

tes, haud immerito numeretur. Quantum vero ad-  
ferat utilitatis, suo exemplo demonstret satis Anglia,  
cui oves plus profuisse, quam aurifodina; Potasi Hi-  
spaniæ, contendunt varii. Antea fere omnia, quæ  
ad vestimenta erant necessaria, ab exteris emeba-  
mus, donec observabamus, id nobis tantum æris de-  
trahere, quantum emolumenti inde hauriebant alii.  
Cordatis igitur nostris œconomis visum est, huic mor-  
bo sanando non aptius ad commodari posse remedium,  
quam ut in patria instruerentur opificia, vestitum no-



his suppeditatura; quod quidem feliciter successit, sed quamdiu lana ab exteris invehebatur, tamdiu instituta fastigium non attingerent. Itaque viri de publico bene meriti, rem paulo accuratius introspicientes, satis superque deprehendebant necessitatem Ovium culturæ intra patriam. Præ ceteris Consiliarius Commerciorum ac Eques, per sua in patriam universam merita, immortalis memoria dignissimus, Nobilissimus Dominus JONAS AHLSTRÖM, qui, tantum studio, opificia pœne innumera instruxit, huic operi etiam manum admovit; ille enim non solum variis in lucem editis scriptis modum civibus patefecit, quo curam horum animalium gererent; sed etiam rei necessitatem, vividis depictam coloribus, Ordinibus regni subjecit, quo res feliciter jam eo est perducta, ut pastores, ovium culturam edocti, in plerisque regni provinciis sint constituti. In hac arte demum nostrates adeo profecere, ut exteris facile palmam præripiant: unde libellus, *Beskrifning om tullgoda Får*, a Lib. Barone *Friderico W. Haaster*, nuper editus, non tantum statim in linguam Germanicam Gœttingæ est translatus; verum & illo cum elogio, in Actis illorum recensitus, ut ne Tournefortus quidem, omnibus suis planetis instructus, cum eo conferri posset.

Scientiam hanc æquiori & iusta perpendens lance, observo multum certe adhuc restare, inprimis autem illam partem, quæ a scientia naturali lucem mutuatur, & sine qua ovium cultura feliciter absolvi nequit. Electurus idcirco argumentum specimi-

nis.



nis Academici, diu multumque mecum deliberavi, utrum quod ad medicinam proprie spectaret, an vero ex parte quadam scientiæ naturalis quid pertractandum sumerem, unde publica res quid captura esset commodi; sed prævaluit illud in pectore monitum: *Salus patriæ, lex summa.*

## I. DESCRIPTIO.

*Caput*: Rostrum compressum, anterius nudum.

*Dentes primores* in inferiori tantum maxilla, VIII, incisores, prominentes, margine laterali acuti, apice subtransversi, interius paulo excavati; in superiori vero maxilla primores nulli.

- *Canini* desunt in utraque maxilla, & spatium edentulum inter primores & molares.

- *Molares* in utraque maxilla, sinuato-acuti.

*Os* s. *Bucca* papillis albis, cartilagineis interne vestitum.

*Labium superius* a naribus ad os nudiusculum, lacuna exaratum.

- *Inferius* seu *Mentum* subrotundum, convexum, molle, margine inflexo denticulato.

*Vibrizæ* oris superiores per quatuor ordines inæquales digestæ.

*Pilus* distinctus supra nares longus.

*Narium* foramina oblonga, sinu vel margine superiori medio gibbo; sinu vero posteriori obtusiori.

*Oculi* subcærulei, glauci, in prominentia sincipitis ovali. *Pupilla* de die oblonga.

*Cilia* superiora tantum; inferiora nulla; sed horum loco, pili rari tenuiores.



*Cavitas* quasi digito impressa, ante canthum oculi anteriorem, profunda, gluten secernens, & aliam minus profunda pone canthum oculi posteriorem, quarum usus nos fugit.

*Lingua* mollis nec scabra, sulco longitudinali notata.

*Vertex* prominens, inter cavitates depressas pone oculos.

*Aures* oblongæ margine integro: superiori versus basin inflexo; intra aures lineæ tres, elevatæ, longitudinales.

*Cornua* spiritaliter retorta, rugosa, introrsum angulata, plana, apice complanata.

*Collum* compressum, capite longius, lanatum

*Dorsum* latum, teretiusculum, circa lumbos tamen latius.

*Pectus* prominulum, pilis brevibus tectum.

*Abdomen* plano-convexum:

*Mammæ* ingvinales, nudæ, binæ, coalitæ, & præterea duæ Papillæ spuria ad basin anticam.

*Scrotum* mamillis duabus notatum.

*Cauda* teres, genubus brevior, pilisque tecta.

*Pedes*: *Femora* compressa. *Genua* crassiora in anticis pedibus; in posticis vero prominentia. *Tibiæ* anticae teretiusculæ; posticae magis compressæ.

*Ungulae* geminae: margine exteriori convexo, interiori vero acuto, concavo.

*Ungulae succenturiatae* in parte postica pedis circa tarsum, geminae, minores, rugosæ.

*Liquor* glutinosus secernitur e foramine parvo intra



finum supra ungulas anticas, fere ad earum basin, cujus usum etiam ignoramus.

*Vellus* constat pilis contortis s. crispatis, mollissimis: longis in dorso, lateribus & collo; at brevioribus, rectis, imbricatis & lævibus in capite ante oculos & cornua, in auribus, pectore, ventre & pedibus.

*Sutura* in inguinibus spiralis.

## II. SPECIES

*Species* ovium, quæ vulgo sunt notæ, numerantur sequentes:

1. *OVIS* (*communis*) cornibus compressis lunatis. *Faun. Svec.* 43.

*Ovis* *Gesn. quadr.* 138. *Aldrov. bisulc.* 370. *Fonst. quadr. 60. tab. 22. fig. 1, 2, 3.*

*Ovis domestica* *Raj. quadr.* 73.

2. *OVIS* (*gvineensis*) auribus pendulis, palearibus laxis, occipite prominente. *Syst. nat.* 15.

*Aries gvineensis* s. *angolenis*. *Margr. bras.* 264. *Raj. quadr.* 75.

*Cornua parva deorsum usque ad oculos incurvata & quasi torta. Fuba sub collo pendula. Pili breves hircini.*

3. *OVIS* (*Strepsiceros*) cornibus erectis spirali-  
bus. *Syst. nat.* 15.

*Strepsiceros cretensis*. *Bell. itin.* 20.

*Aries cretensis* *Aldrov. bisulc.* 407.

*Ovis Strepsiceros cretica* *Raj. quadr.* 75.

*Hujus magni greges aluntur in Ida Cretæ.*

Cor.



*Cornua erecta, ambitu canalicula<sup>te</sup> cochleæ in modum contorta confr. Aldrov. quadr. bisulc. 406.*

### III, VARIETATES.

Varietates ovīs communis, quas mihi pertractare satis est, variæ sunt; præcipuæ autem VI, uti:

1. **LATICAUDA**, *Platyceros s. arabica*. Huic cauda crassissima, triginta sæpe librarum, a lummis ad imum magis magisque latescens. Pastores postella fabricant, ad quæ cauda alligata nititur & sustinetur. cfr *Aldrov. bisulc. 406. 404.*

Animal frequens est in Oriente, Armenia, Syria, Arabia & Ægypto.

2. **AFRICANA** *Raj. quadr. 75.* Pro lana pilis brevibus hirta.

3. **HISPANICA**, quæ a reliquis differt cornibus contortis, spira extrorsum dilatata, lana circum oculos copiosa, adeo ut oculi illa pœne sint operiti, & quasi profunde intra cranium intrusi. (*it. W-Goth. 59. Scan. 61.*) Lana his mollior (*it. W-Goth. 58.*) copiosior, sæpe novem librarum & pingvior (*it. Scan. 156.*) Semel annis singulis has tantum tondere licet, quippe quæ frigus minus ferunt. (*it. Scan. 61.*)

4. **ANGLICANA** vulgo dicta. Hæc cornibus caret, at gaudet cauda crassiori, quæ una cum scroto ad genua usque pender.

5. **RUSTICA** cornuta est, & lanam breviorē, minus crispam & rigidiorē, quam in præcedentibus (1, 3, 4.) habet. Cauda & scrotum non attingunt genua.



6. *POLYCERATA*. Arietes cornibus quatuor, rarius vero sex gaudent, quorum interiora erecta, lateralia vero revoluta (*it. Gott. 248.*) Habent hæc cornua analogiam quandam cum plenitudine florum, & sunt quasi bipartita aut tripartita cornua, quorum itaque latera exteriora rigidiora contorquentur; unde illorum divaricatio (*Aldrov. bisulc. 408.*)

#### IV. PHYSIOLOGIA.

Oves sunt *Pecora* ruminantia & nullos dentes incisores in superiori maxilla habent; itaque pastum euntes, gramina ac herbas evellunt, cibum in ventrem magnum deglutunt, & ibi maceratum iterum regurgitant meliusque remandunt; unde pinguedo ovium, uti reliquorum hujus ordinis animalium, in sebum convertitur. Habent enim hæc animalia in abomaso acidum, quod oleum in sebum transmutat.

Post diem Aug. 24. prurire quidem incipiunt, sed ad copulam non debent admitti, nisi post tempus S. Michaëlis, ut verno tempore enixi pulli non graviore affligentur frigore. Unus mas viginti feminis sufficit. Tempus graviditatis per 150 dies durat; quo transacto, oves rusticæ sæpius unum, exoticæ vero sæpius duos pariunt fœtus; in Batavia sæpe tres & quatuor, ubi illius reperiuntur magnitudinis oves, ut possessoribus lanam sæpe decem ad sedecim librarum ferant, teste *Ablst. p. 2. §. 1.*

Illi pulli, qui die a nativitate tertia collo pallide rufescente, pilis erectis longioribus inter lanam hic illic sparsis, crassisque artubus gaudent,

B

præ-



præstantiores communiter habentur. Ovis, quæ duos habet agnos, uni horum vix ubera præbet, nisi alter etiam adsit. Itaque mortuo altero, ne superstes fame pereat, alium, mortui cute, adhuc sanguine madente & calida, per noctem circumdant, & matri offerunt, quæ, doli ignara, illum ut suum assumit & nutrit. Mater enim ex odore in innumeris foetum cognoscit, & pullus matrem.

Quidam pastorum præcipiunt colostrum esse emulgendum, ne, uti noxium & validum purgans, vim suam in tenerrimos agnos exerceat; at fallunt & falluntur; nam hæc purgatio, lege ipsius naturæ præscripta, ad sanitatem illorum multum confert. Ii, quorum mos est oves mulgere, agnosque non materno, sed alio lacte nutrire, de propagine bona minus sunt solliciti. Novimus enim vitulum aliumque foetum, qui ipse e maternis mammis lac expressit, inque suum convertit succum ac sanguinem, alieno nutritio semper fieri robustiorem.

Ubi sui sunt juris oves, aluntur a matre usque ad tempus autumnale, cum mater pruriens illos abs se expellit. Ut arceantur a matrum uberibus pulli, utuntur ruricolæ capistris e mucrone ligneo aut pelle Erinacea. (*it. Scan. 219.*)

Anniculæ oves pruriunt, concipiunt & pariunt; sed proles tenella evadit; præstantior enim ea est, quam adultiores utriusque sexus procrearint. Verum ab anno secundo, usque ad septimum, ad propagandum genus imprimis sunt admittendæ;  
Exce-



Excedentes autem octo annos minus aptæ (*Aldrov. bisulc. 422.*)

Quos castratos volunt, illorum testes die a nativitate nona circiter sunt exsecandi, ubi non solum & majores & pingviores evadunt, sed & lana his est copiosior & mollior (*it. Scan. 268.*); nam libido pilos efficit rigidiores.

A dentibus ovium ætas facillime numeratur. Primo enim anno, octo dentibus incisoriis acutis instructæ sunt, quos per hunc usque ad secundum retinent, dum duos intermedios amittunt, & illorum loco duos latiores & apice fere obtusiores obtinent; alios duos primores tertio mutant. Quarto iterum alios duos, & quinto denique duos exteriores & ultimos, qui magis magisque fiunt obtusi & dilatati. Hos dentes tum salvos conservant usque ad annum octavum, dum primi abeunt, nono secundi, & sic porro duo quotannis cadunt, adeo ut undecimo nulli dentes primores supersint; unde tum mactandæ, quippe cum vita sine magna molestia amplius sustineri nequeat.

Oves præsertim rusticanæ bis quotannis pilos emittunt, tempore scilicet vernali, dum educuntur, & autumnali, dum hybernacula ingrediuntur; quapropter his temporibus tondendæ sunt. Hic tamen distingvendum inter illas, quarum pili semel, & quarum sæpius abraduntur. Nam tonsura illarum sine mensis Maji; harum vero vere autumnoque, sed non prius, quam frigus minuitur, celebrari debet. Lana, quæ vere reportatur, inferior est æstivali;



vali; æstate enim crescit nobilior. Antequam autem tondentur, in aqua pura laventur, lotionequē peracta, in loco quodam calido claudantur, ut sudor optime excutiat, dum lana tertio die ab hac lotionē abscindenda; hinc enim pingvis fit & succida aptiorque manibus eam tractaturis.

Quo propius abtendentur pili, eo crispior inde evadit lana; scimus enim pueros aliosque, quorum capita raduntur, vel crines sive capilli post morbum sponte decidunt, magis contortos & crispiores deinde obtinere. Quam obrem in Heraclea, optimam lanam nobis subministrante, manibus evellere lanam in usu est: nam quemadmodum pratum, cuius gramina ac herbæ propius terram descendantur, gramine densiori & teneriori repletur; ita lana hoc modo efficitur densior & tenerior; quare a pastoribus etiam commendatur.

De bonis ac genuinis ovibus comparandis sollicitus, & masculum & feminam optimæ frugis sibi comparare debet, maxime autem de mare solliciti sunt pastores, ferunt enim progeniem semper patri similem evadere, & sic ex viliori matre præstantiores consequi credunt soboles.

Uti lana alba est præstantior, ita in eligendis ovibus summa cura est adhibenda, ne diverso colore tinctas nobis comparemus, ne proles nigra, cinerea aut variegata procreetur.

Licet hæc animalia cornibus sint prædita, adeo tamen mites sunt oves ac inbelles, ut vix contra alias animantes; nisi quæ suæ sint speciei, eis utantur, tum vero regrediuntur & horizontaliter cornibus



bus hostem petunt. Et quoniam hæ fere inermes sunt, ita currendo fuga auxilium quærunt, ut canis melitæus totum gregem possit propellere & dissipare, dum quo una, reliquæ etiam eunt; unde tritum illud: *raro una errat, raroque revertitur una.* Tandem ubi animus illis accessit, calcando pedibus anterioribus, & urinam reddendo, adversario minantur, usque dum de se iterum agi animadvertunt. Idem faciunt, cum lupo quandam earum rapuit; quare tanto facilius ab eo trucidantur.

Vulpes agnos semper, raro autem apud nos adultas oves devorat. At lupo nemini harum parcit. Itaque ne totus grex pessum eat, pastores sequuntur, qui utuntur canibus sic instructis, ut feras amoveant. At eundem finem sapius obtinemus, si filum, cui fasciculus pulvis pyrii sit connexus, ad collum ovis alligemus; non enim eo procedunt audaciæ feræ, insidias sibi structas extimescentes, ut illam adtingant. In Flandria instruuntur canes, ut oves comitentur, quo eos partim abs agris arceant, partim coërceant, uti rangiferos canes lappo-nici. Si hoc in patria nostra in usu esset, sepibus minus indigeremus, quibus magna silvarum pars impenditur.

## V. PASCUA.

Solum ovibus aptissimum sunt loca aprica, sicca & perflata, quæque etiam sponte semper eligunt, ibique egregie valent. In insulis nostris Carolinis, ubi optime valent oves, per totam æstatem, altum, planum & aridum campum depascunt, & ne prote-  
runt



runt quidem, multo minus comedunt densissimum illud & magnum gramen, quod in locis depressis ejusdem intulæ copiose nascitur.

Est profecto summa admiratione dignum, quod sapientissimus Creator hæc animalia, ut Hottentotos, pilis crispis vestiit, quippe quæ tanto calori ac æstui sunt exposita, cum forsan in finem, ut, hac contortuplicatione pilorum, duplicem quasi umbram eisdem conciliaret.

Plantæ in umbrosis habitantes semper sunt nudæ; at maxima pars herbarum, in apertis locis & ad parietes, ubi radii solares fortius æstuant & exsiccant, crescentium tomentosa: uti *Gnaphalium*, *Pilosella*, *Verbascum thapsus*, *Marrubia* & *Sideritides*. Sic videmus *Salviam canariensem*, *Marrubium nigrum* aliaque ejuscemodi vegetabilia in Caldario, juxtaque illud latus, quod ad solem vergat, posita, lana prolixa vestita, hirsutissima evadere. Lana præterquam quod ab æstu vel calore solis, a vehementiori quoque flatus vi conservat & tuetur; unde plerasque plantas maritimas pilosas animadvertimus, ut: *Tomex*, *Medicago*, *Artemisia maritima*, & quæ sunt reliquæ in litoribus maris habitantes, ubi vis ventorum acrior adflat. In apricis illis & maceris locis, gramina quidem minora, at pingviora crescunt; omnesque fere herbæ succulentæ in sterilissimis locis occurrunt.

Herbæ & gramina patriæ, ovibus escam præbentia, numero 387. ut & 141 quæ intacta relinquunt, recensentur a Pane Succico in *Anænitibus*

*Acc.*



*Academicis vol. 2:do*, ad quas Lectorem remitto. Paucis tamen agendum nobis est de præstantissimo earum pabulo in nostris oris. *Festuca ovina* primum est gramen, quo delectantur oves, licet parvum, succulentum tamen, & copiosissimum in omnibus pascuis, ovibus aptis. In australi parte Gottlandiæ nihil fere gramine hoc nominato copiosius crescit, & ibi etiam pingvissimæ oves evadunt; hinc caro ovina Gottlandica aliis hujus carnis generibus palmam apud nos merito præripit. (*it. Gott. 284. 256. Oel. 94.*) Gaudet gramen hoc foliis succulentis, quæ præ reliquis eligunt oves; culmos vero & spicas instinctu naturæ intactas relinquunt, ne pereat & extirpetur. Ubi hoc gramen feliciter & copiose crescit, ibi etiam oves facillime sese sustentant: contra vero ubi deficit, sæpius pesium eunt.

In campis, *Erica* refertis, notum est oves facillime se alere, quapropter Ericis hoc adscribere nonnulli, rati, Ericam alimentum eis subministrare saluberrimum, aptissimum; sed vereor, ne errent; in usum enim suum non nisi recentes Ericæ hujusturiones vertunt; nullo autem modo antiquiores ramulos. Itaque solent pastores adultiora Ericeta igne consumere, & anno peracto, pascua ovina inde obtinent perampla, *Festuca ovina* & *Erica tenella* repleta.

Arva quoque illis valde sunt grata, adeo ut in circumjacentia prata ire nolint; quod certe tribuendum est *Bursæ pastoris*, in locis hisce copiose apud nos obviæ, ut ipse sæpissime observavi; rejiciunt autem in arvis *Serratulam arvensem* & *Thlaspin*  
ar.



*arvensem*, Burlam vero eligentes ad terram usque comedebant. Si oves ergastulis, in arvis collocatis, per noctes incarcerationantur, agrum stercore saginant, modo mutantur & per totum agrum a loco in locum translocantur. Radicitus magis herbas graminaque carpunt oves, quam alia pecora quaecunque; unde Batavis in proverbium, quod, ubi quatuor boves pascua consumserint, ibi duo equi sufficiens habeant alimentum, & post hos quatuor oves adhuc vitam sine dispendio sustinere possint. Cavendum itaque est, ne oves una cum bobus uno alantur loco; proverbium enim nostratibus receptum, veritati est congruens: *Fåret gnager ut ågat på koen.*

Ovium carnes ratione alimenti commutantur; nam in Anglia *Rapis* saginatae fere insipidae, aliisque locis *Absinthia* comedentium, caro tam ingrato inficitur odore & sapore, ut edi non possit; sed ab omnibus rejiciatur. In Hispania vero, ubi *Rosmarinus* & *Thymus* illis præbet nutrimentum, omnium lapidissimæ evadunt carnes.

Recensitis sic *Gratissimis* ovibus plantis, paucis herbas illis *Noxias* fumus commemoraturi. Hæ quidem variæ sunt, at omnibus enumerandis opera non sufficeret; peculiare tamen sunt:

1. *Equisetum arvense*, quod si comedant primo vere, eas inde abortire observarunt Batavi *Cit. Oel. 116. W-Goth. 63.*

2. *Ranunculum*, *flamula* dictum, ovibus nocere, statuerunt pastores, gravissimæ vero nobis dubitandi subsunt rationes, num in escam, eam unquam converter-



vertant. Idem valet de *Drosera* & *Pinguicula* vid. Barth. act. 4. p. 162.

3. *Antbericum ossifragum*, quod ossa illarum emolliat, forte potius oves ipsas enervat, adeo ut ambulare non valeant. (Barth. act. 2. p. 266. 232) Idem quoque contendunt rustici Smolandi (Flor. lap. 136. β)

4. *Kalmia latifolia* in Virginia ovibus præsentaneum est venenum (Flor. virg. 160.) et *Kalmia angustifolia* in Noveboraco maxime est ovibus pestifera (Act. Ups. 1743. n. 100), cum vero hæ plantæ conlangvinitatis quasi vinculo cum *Andromedis* sint conjunctæ, facile crederem paludes, *Andromeda polifolia* tectas, ovibus alendis minus esse adcommoatas: multo minus alpes nostrates, ubi quatuor *Andromedæ* diversæ speciei copiosissime crescunt.

6. *Myosotis scorpioides arvensis* ab ovibus quidem non estur (it. Scan. 62.), & si devoretur, crediderim illam minus nocere. At plantæ pleræque in aquosis evadunt acriores. In Vifingsö fontem quendam circumteplere rustici, in quo *Myosotis scorpioides palustris* copiose occurrebat, cum observarunt incolæ oves ab ea ingurgitata multoties mortuas esse (it. Gott. 335.)

6. *Anemone nemorosa* respuitur ab ovibus in locis sylvaticis natis vel educatis. Oves autem, quæ a teneris non addidicere abstinere a planta, uti campestres in sylvas delatæ, hanc *Sanguinalem* herbam devorant, ac in dysenteriam incurrendo pereunt. (it. Scan. 249. 379.)

7. *Mercurialis perennis* (it. Oel. 146. W. Gotb. 66) &

C

Cicu.



*Cicuta aquatica*, communi omnium pastorum consensu, ovibus noxiæ sunt. (*it. W-Goth. 99*)

8. *Prunus spinosa*, quæ ut noxia est respicienda, quod ovibus lana spinis avellatur. (*it. Scan. 136.*)

Cum ita per æstatem horum animalium justam gessit curam pastor, cordi ei erit sufficienti & salubri per hiemem eis prospicere nutrimento. Hieme igitur nutriantur fœno, necesse est, quod in ficcis & apricis pratis crevit, foliisque variarum arborum, ultimis diebus Julii abscissis, ut *Betulæ* Flor. Sv. 776. *Alni* 775. *Ulni* 219. *Salicis* 292. *Fraxini* 830. *Populi* 819. & *Tiliæ* 432. Attamen libentius *Alni incani*, *Humuli*, *Helxinis*, *Pisi*, *Trifolii* & *Medicaginis falcatæ*. Peregrinæ præstantiori cibo alantur, neque tempore vernali educantur, frigore adhuc regnante, sed domi remaneant, ne vel sanitatis suæ faciant jacturam, vel degenerent. Et hic inprimis latitat ratio, cur homines plebeji magis sint ovibus rusticis contenti; quod scilicet plus meliusque ad oves præstantiores, Anglicanas & Hispanicas, alendas requiratur pabulum, quam ad oves rusticas; quod illæ pluribus morbis sint obnoxia, & proinde facilius moriantur; quod pelles earum ad vestes minus tenaces sint; quodque demum diutius intra ovile sint alendæ & a frigore diutius defendendæ. Has vero rationes alii refellere solent, quod ab ovibus Rusticis laniæ una, vix vero duæ libræ, ab Hispanicis Anglicanisque novem libræ obtineantur (*it. W-Goth. 59.*) quodque lana nobilior duplo vel triplo pretio veneat.



Ovibus nostris rusticis per hiemem vehes una fœni datur, Hispanicis vero & Anglicanis hæc vix sufficit; uti enim majoris sunt magnitudinis, ita vehes una cum dimidia cuique harum destinari debet.

Oves parum bibunt, optimeque ab aqua pluviali l. fluviatili valent, stagnans autem pestilentissimum illis est venenum, unde læpius copiosissime pereunt. Æstate aquosa innumeris fere morbis jactantur oves, quibus pabulum & cibum minus humidum destinavit naturæ auctor. Hieme potus eis non singulis, sed alternis diebus conceditur, æstate vero quoties sitiunt. Præcipiunt quidam Opilionum, ut ab aqua octo vel quatuordecim dies abstineant, & credunt se hoc modo pluribus morbis posse medelam adferre (*Ablst. p. 22. §. 7.*)

Ut solum illarum, quod initio capitis ostendimus, est siccum & perflatum, ita in locis clausis, vapore & nimio æstu repletis, incolumes vivere nequeunt. Exemplum rei lucem adfundet observatio, quam adferunt Scani, quod quum consuleret quispiam, ut oves in conclavi per noctem clauderentur ad expellendos *cimices*, clausis fenestris & janua, deprehendebantur omnes oves altero die mortuæ & suffocatae (*it. Scan. 136.*); Male igitur rebus consulunt suis, qui caulas arcte clausas & calidissimas locis humidis & depressis exstruunt, unde non modo læpius abortiunt oves, sed & consumuntur.

## VI. MORBI.

Oves variis multisque morbis laborant, quorum vulgares & præcipui in nostra patria hi sunt:



*Scabies*, quæ etiam nomine variolarum apud nos insigniri solet, & dignoscitur facile labiis tumidis & pustulis copiosis. Est hic morbus tam contagiosus, ut, dum una hoc vexatur, reliquæ ab illa immunes vivere non possint, eoque modo totus grex aliquantulo temporis spatio intereat, necesse est. Inter varia medicamina, quibus huic malo obviam eamus, primas merito tenet partes *Moschus orientalis*, cujus gr. V. ad VI. infectæ pro dosi, idque diebus duobus, porrigantur. Sed hæc medicina pretiosior est, quam ut pauperiores facile emerent; itaque præservationis scopo omnia fere amara commendantur, imprimis *Herba Cardui benedicti* (It. W. Goth. 145.)

*Hepatitis*, est inflammatio hepatis sæpe cum ictero, qui albumine oculi cuteque flava dignoscitur, sæpe etiam in Hydropem degenerans. Est hic morbus maxime fatalis, qui ovibus & frequens est, & unde pleræque pereunt. Causam hujus morbi existimant nonnulli, nimium aquæ potum esse, quem in locis depressis hauserunt. Me vero iudice, causa non proprie in aqua, sed in contentis aquæ quærenda; cum enim hoc morbo emortuæ cultro anatomico subjiciantur, plurimi vermiculi in hepate sæpissime occurrunt, qui sunt *Limaces ovati lividi, margine ocuto*, descripti in *Amœnit. acad. tom. 2. p. 36.* Vermes hi in omnibus fere rivulis & paludibus foliis herbarum & lapidibus frequenter adhærent (It. Gott. 182.); In ventrem ovium ingurgitati vigent & hepar per ductum fellis ingressi rodunt.



dunt ac destruunt, unde inflammationes, obstructions, exulcerationesque demum lethales. Omnes Opiliones Sal ovibus in deliciis esse, novere, quodque oves inde valeant, unde sal gemmæ ad lingendum illis sæpius præbent, uti medicamentum, quod orexin acuat & viscera roboret; viderunt certe effectum, causam vero vix ac ne vix attigerunt. Verum nodus hic gordius haud ita pridem a D: no Scheffero, in libro de *Hirudine limacis*, est solutus, qui observavit vermes hos in aqua muriatica confestim destrui & occidi.

Peculiaris proinde scopus, quem hoc meo opusculo intendi, est, ut oves eriperem a fatali hocce morbo, fere quotannis, infinita strage, animalia hæc vexante, quod in eo consistit, ut aqua muriatica ex sale culinari s. gemmæ in sufficienti & largâ copia præbeatur ovibus, quatuor aut quinque vicibus omni anno, ut hausta destruat vermes, hepar ovium rodentes. Non enim sufficit ovibus lambere tantillum aliquoties, ut inde pereant vermiculi omnes; sed debent haurire tantum, quantum eis placeat. Ponam centum & mille prædia in nostro regno, & quodlibet horum unoquoque anno unam ovem, forte aliquando viginti, quotannis hoc morbo amittere; crediderim me, si hoc meo consilio illas servarem, rem non minus gratam, quam utilem civibus meis præstitisse.

*Phthisis & Tussis*, inprimis apud oves, oritur a pulvere terrestri, inspiratione hausto; Cujus signa sunt lana defluens, gingivæ pallidæ & pedes calidiores, fide *Abst. p. 391. l. 20.*



*Vertigo*, plerumque Epidemicum malum, sæpe pro causa agnoscit hydatidem inter meninges & cerebrum, uti Joh. Jac. Scheuchzerus in Rupicapris Alpium observavit (*it. Alp.*), qui morbus facillime innotescit eo, quod circumeant semper ad idem latus. Cura peragitur sæpe colapho, qui latere, ad quod eunt, impingatur ægrotis. Ut reliquos morbos taceam, qui Medicinam ovium jam tradere non constitui.

*Insectis* vexantur oves insuper variis, ut:

*Pediculus ovinus*, qui pellitur decocto *Tabaci* & pulvere seminum *Apii* & *Sabadillæ*.

*Hippobosca aptera*, quæ inficit lanam viridi colore (*it. W-Goth. 59.*)

*Acarus*, luetice *Fåsting* (*Faun. Sv. 1192. it. Oel. 62.*) minus apud nos frequens.

*Oestrus* (*Fn. Sv. 1027.*), qui sinui frontis adhærens, mortem ovium quam sæpissime efficit. (*it. Scan. 128.*)

## VII. USUS.

*Lana* est, ex qua vestimenta tam procerum quam aliorum parantur. Et ut nemo non nostram ejuscemodi cultu indiget, nullo negotio intelligitur, quot pecunias huic rei impenderint majores nostri, qui ea ab exteris emerint. Præparatio lanæ, antequam pannus perfectus inde evadat, videatur in *it. Scan. 206.*

*Rusticonæ Tunice*, quibus contra vim frigoris se conservat vulgus, ex cute pilosa ovium confectæ sunt, ita tamen ut latus pilosum introrsum vertatur. Item *fimbriæ* femorum feminarum Scannenfi



nenſium (*it. Scan. 274.*), *Tibialia* vulgi hyberna, nec non *Pilei* facile omnium ex lana fiunt.

*Fimbria* circum mitras Muſcovitarum & Perſarum ſumitur ab embryone, quod occaſionem dedit fabulæ de agno Scythico ſ. Baromez.

Ex cute molli præparata conficiuntur *Femoralia* ruſticorum, aliæque veſtes, nec non *Chirothecæ*, præcipue tamen a lævigatis, quarum hæ apud nos in majori pretio habentur, quæ cum cortice Salicis capræ præparatæ ſunt (*it. Scan 202.*)

*Cornua* ferro ignito attrita illud ſervant, ne facile obducatur ærugine. Apud ruſticos quoque in uſu eſt ſoleas *Calceorum* laminibus horum cornuum tegere, ut diutius durent (*it. Oel. 114.*)

*Caro*, præſertim vervecum, ſaluberrima eſt, quippe facillime omnium tranſpirat, teſte Sanctorio in *ſtatica*; unde alius carnis citius nos tædet, quam ovina.

*Aſſata caro agnina* plerisque gentibus in deliciis eſt; quapropter agnus menſtruus menſe Januarii Amſtelodami venditur ſedecim florenis, cum adulta quatuor tantummodo conſtet. Agni *Piſis* concoctis lacteque mixtis optime ſaginantur, nec non *Brasſica* & *Rapa*.

*Teſticuti* excoriati in inciſiis & botulis rariuſ a plebe aſſumuntur, vulvam & ſumen veterum Romanorum tamen non admittente.

*Lac* rariuſ occurrit coctum & recens; ſed præparatum & acidulum frequentiuſ Scanis in uſu, refrigerans & lapidum eſt. Præparationem vide *it. Scan. 219.*

Cafeus



*Caseus* albus & lapidissimus evadit. *Serum*, a confectione casei residuum, coctum concrevit, esturque ab rusticis Scaniae (*it. Scan.* 219.)

*Butyrum* album insipidumque esse fertur, quod non vidi.

*Oesypus* est lana sudore pingvi succida, quæ luxatis contusisque opitulatur.

*Stercus* interne a rusticis in Ictero assumitur; externe vero Ambustis imponitur, *Aldrov. bisulc.* 598.

*Fimus* ovinus pingvissimus, optimeque in satis plantas latificat. Usurpatur præsertim ad *Nicotianæ* & *Humuli* plantationes; unde etiam in Opiliones magisterium culturæ *Nicotianæ* & *Humuli* derivatum est.

Nihil itaque in ovibus invenitur, quod non utilitatis quid secum ferat. Hinc judicant nonnulli, ovium culturam plus prodesse ruricolis, quam saginationem boum. Etenim quinque ovibus alendis non plus impenditur pabuli, quam unico bovi, sed tamen magis profunt, nam ducentæ oves dant quotannis lanam præstantiorem s. autumnalem 10 lb; viliorē vero s. vernam, (quæ *Lætia* vulgo dicitur) 10. lb.) Lanam agninam quoque 10. lb. (adeoque 30 lb.) Unaquaque libra a 24. l. facit 450. thal. argenteos. Adde agnos ducentos, quilibet a 2. rh. facit 400. Summa 850. thal. argent: Si vero alamus Anglicanas, ex quibus & copiosior & præstantior lana, quæstus adhuc major redundat. *it. Scan.* 371.

Uberior quidem heic esset occasio, ovium culturam pertractandi, sed vetant id chartæ angustia & proposita brevitās. Coronidis loco, commendo claustra illa fœni, quæ descripta atque delineata in *itin. W-Goth.*

p. 61. reperiuntur,

TANTUM,



16

B. C. D.  
DISSERTATIO  
DE  
HORTICULTURA  
ACADEMICA,

QUAM,  
INDULGENTE EXPERIENT. FAC. MEDIC.  
UPSALIENSI,

PRÆSIDE  
VIRO NOBILISSIMO ET CELEBERRIMO  
DN. DOCT. CAROLO  
LINNÆO,

S:Æ &Æ M:TIS ARCHIATRO,  
MED. ET BOTAN. PROFESSORE REG. ET ORD.  
EQUITE AURATO DE STELLA POLARI,

*Nec non*  
ACAD. IMP. N. C. MONTSP. BEROL. TOL. UPS. LOND.  
ET HOLM. SOCIO.

IN AUDIT. GUSTAV. D. XVIII. DECEMB.  
MDCCCLIV.

PUBLICO OFFERT EXAMINI

JOHAN. GUST. WOLLRATH,  
NERICIUS.  
H. A. M. S.

---

UPSALIÆ, Excud. L. M. HÖJER, Reg. Acad. Typogr.



Kongl. Maj:ts  
TRO-TJENARE och ASSESSOR

Uti

Thes och Rikens Höglofliga Swea Hofrätt,

*Wälborne*

HERR J O N A S  
Von HAGELBERG,

*Höggunstige*

**E**R stora ynnest, HÖGGUNSTIGE HERRAR, ha  
desta åren tilltagit gemenamt med förståndet  
bete skall innehålla något prof af det ena  
fördrifstar mig härigenom göra ER ett Offer a  
dighet, dertill känner jag min ofulksomlighet fö  
hwarmed jag tänker framdeles göra mig mera  
af den nit, hwarmed jag framhårdar i all min

*Höggunstige*

*Aldraödmjukaste*

JOHAN GUSTAF



Kongl. Maj:ts  
TRO-TJENARE och ASSESSOR

Uti

Thes och Rikens Höglofliga Swea Hofrätt,

*Wälborne*

**HERR JOHAN WILH.  
NORDENFELDT,**

*Herrar.*

hos mig nedlagt en wördnad, som alt ifrån spå-  
Tillwäxt, och emedan närwarande Academiska Ar-  
så har äfwen det andra härwid fodrat sitt rum. Jag  
bägge, icke som tillräckeligt tecken till min skvll-  
wäl; utan såsom någon underpant af den flit,  
skickelig, och afgifwa wäsendteligare wedermåle  
lifstid,

*Herrarnes*

*Tjenare,*

WOLLRATH.



RÅDMANNEN

Uti

Kongl. Residence Staden Stockholm,

ÅDLE och WIDTLAGFARNE

**HERR GUSTAF  
KIERRMAN,**

MINE GUNSTI-

**U**ndren icke, GUNSTIGE GYNNARE, att den, som  
mål för Eder godhet, här utbeder sig den  
ka beskydd för ett wårnlöst och omogit Acade-  
gen, fört min penna wid denna beskrifningen, om  
der, GUNSTIGE GYNNARE, och andre milda domare  
offra Eder den samma, såsom ett wedermåle af min  
här utinnan mindre gynnande, så skall hon doch  
månheten betyga den wördnad och högaktning,

MINE GUNSTI-

*Edmjukaste*

JOHAN GUSTAF



**HOFRÅTS-COMMISSARIEN**

Och

**BRUKS-PATRONEN,**

**ÅDEL och HÖGAKTAD**

**HERR CARL DANIEL  
LUTHMAN,**

**GE GYNNARE.**

så ofta sedt sig och sina Kåra Föräldrar wara ett  
förmön, att genom Edra berömmwårda Namn sö-  
miskt arbete. Om jag så lyckeligen, första gån-  
en Academisk Trågård's anläggande, att den af E-  
wunno bifall, så kunde jag med större heder up-  
erkänsla och tacklamhet: men warder lyckan mig  
icke bestrida mig den förmön, att här med för all-  
hwar med jag lefwer Eder,

**GE GYNNARE,**

tjenåre,  
**WOLLRATH.**



KYRKÖHERDEN öfwer Kihl och Gräfwe Församlinga  
*Wälårewördige och Höglärde Herren,*

# Herr Mag. C A R L WOLLRATH.

*Min Högtårade Käre Fader.*

**K**napt war det mig befallt i jordisk hydda bo,  
Knapt mina ögon fått det klara ljuset skåda,  
Annu förstod jag ej i någon ting mig råda,  
När, Hulde Far, mitt wål war Er förnåmsta ro.  
Ert öma hjertelag jag kunnat ständigt spörja,  
Sen Eder gunst begynt att för min wälfärd förja.

Min ungdoms planta war i början klen och spåd,  
Er kärlek henne täkts i wishets lunden fätta,  
Den samma wattrat, skött och hulpet så till rätta,  
Att hon, om Himlen will, kan bli ett nyttigt träd,  
Ån bär hon ingen frukt, hon börjat nyfs att grönska  
Ach! att hon växte så, som det af Eder önskas.

Er Kärlek syftar på att leda mig till dygd,  
Fast jag wet litet ån; dock har jag hunnet låra,  
Att jag bör wördnad fram för Edra ögon bära.  
Se här, jag gör det nu, wid Salas stilla bygd,  
Der skuggan af Er hjälp Er unga telning hägnar,  
Och jag i lydigt brööst mig af Er ömhet fågnar.

Tag, Hulde Fader, upp, med Faders hjerta tag  
Det ringa snille prof, som här uppoffras Eder.  
Och af Ert FADERS NAMN förwäntar all sin heder.

Jag har mig förefatt att följa denna lag:  
Min öma FAR och MOR, min ljufste tankebörda,  
Nått GUD, jag fram för alt will älska och skall wörda

*Min Högtårade Käre Faders*

*Lydigste Son,*  
JOH. G. WOLLRATH



ΩΔΑΡΙΟΝ

In

Dissertationem

*Præstantissimi Doctissimique*

D:ni JOHANNIS GUSTAVI  
WOLLRATH,

*Amici Optimi.*

**Τ**ὸ νῦν γλυκὺς τερεινῶν  
Βοτανῶν πόθος σε αἰρεῖ;  
Τί ὀρχάτων μέλει σοι  
Χλοερῶν γράφειν νῦ τάξιν;  
Ολοή κρύεσ τε θεινῆ  
Βίη, καὶ ἰς ἀέθλων,  
Ἀν' ὀπώραν ἠδὲ χεῖμα,  
Καλὴν χλόαν βλάβησι.  
Σὺ δ', Εταῖρε, τέρπη αἰὲν  
Φυτοῖς, ῥόδοις, δένδροις.  
Ῥόδον σοὶ ἔστι χάσμα,  
Ῥόδον Σ' ἀγαλμ' ἐν ὥραις  
Εαρός τε καὶ ὀπώρας,  
Θέρεός τε, χεῖματός τε.  
Σοὶ ἔν ῥόδων μέλημα  
Διδῶ κλέος ποσειδόν.  
Δαφνηφόρος τ' Ἀπόλλων  
Σὲ ἀρμόσαι καρήνων  
Ἀμάραντον ἐξ ἑῆς γε  
Θαλερόν τε ζέμμα ποιῆς.

*cecinit*

EPHR. AXELSSON.



# Till FÖRFATTAREN

*Af detta Academiska Snilleprof.*

**H**an som skapat luft och jord, har ock skapat gröna gråsen;  
Han har genom sin försyn stadgat dem i deras wäsen,  
Att de skola frödas, rotas, wäxa, mogna, tyna af,  
Föda, fågna, lukta, pryda; wara hållsans stödjestaf.

Alle lyda en natur såsom nådig Herskarinna;  
Fast en del ett styfmors bröst tyckas hos sin moder finna:  
Alle liksom heligt swuret Adams sonesöner tro,  
Att inunder deras uppsigt gerna bli wid deras bo.

De åt hwilka Fruns behag längre bort sitt hemwist gifwet,  
Ha wäl icke skydt för folk; men dock icke tama blifwet.

Ån i wilda ödemarker, ån på snö betäckta berg  
Bode liksom Eremiter, dock med urqweds fårg och mårg.

Når nu en wettgirig werld såg dem i sin slägt sig öka,  
Dröjde han ej med förstånd dem beskåda och försöka.

Och når deras nytta märktes ej de tamas efterge,  
Ville han i nya nästen deras kraft och werkan se.

Tog dem alltså med sig hem ifrån skurar, tråk och trångel;  
Satte dem i makligt lugn inom hank och stör och stängel,

Att de skulle människobarnen tjäna på mångfaldigt wis;  
Fria mången ifrån sjukdom, men derhos bli smaklig spis.

Detta är den vittra sak, som af Er, min Herre, läres  
I det wackra snilleprot, nu till allas gagn föråres.

Tack, min Herre, för den möda, som i derå nederlagt,  
Tecken till att Trågårds håfden till sin högd skall  
blifwa bragt.

Faren fort, som J begynt, Eder snabba snillegåfwa  
Tyckes ännu Manhems folk flera wackra frukter låfwa.  
Himlen gifwe Eder lycka, stärke både kropp och siäl,  
Då J nu och framgent främjen allmän nytta enskildt wäl.

ERIK AXELSSON

ANDERS LÖFMAN.

V. D. M.





D. D.

## CAPUT PRIMUM.

§. I.

**N**aturam foetus suos sponte proferentem, ars in tribus Naturæ Regnis imitari studet. In regno Lapideo instituuntur **CRYPTÆ**, undique vestitæ *Marcasitis* sive *Pyritis*, *Crystallis*, *Stalactitis*, *Coralliis*, *Micis*, aliisque lapidibus, singulari figura & splendore conspicuis. In regno Animali **VIVARIA** instruuntur, quibus Animalia exotica includuntur. **ORNITHOTROPHIA**, seu cavæ majores, *Avibus* peregrinis illisque speciosis & dulci ut plurimum cantu aures nostras demulcentibus impletæ sunt. **PISCINÆ**, in quibus vivi aluntur *Pisces*. In regno autem Vegetabili seruntur, coluntur, ac servantur plantæ. Ars vero, vel scientia, quæ circa has versatur educandas



das, vocatur *HORTICULTURA*, quæ nihil aliud est, quam cultura vegetabilium.

§. II. *HORTICULTURA*, ad plantas in univ-  
sum omnes se extendens, pro variis, quos inten-  
dit, finibus, varia quoque sortitur nomina (3. 11.)

§. III. *CERES* continet plerumque vegetabilia  
unius speciei. Sic Ager proprie Gramina gerit, quæ  
dicuntur Cerealia, *Oryzam* scilicet, *Triticum*, *Se-  
cale*, *Hordeum*, *Avenam*. Improperie vero itidem  
vocantur Agri, qui *Pisum*, *Viciam*, *Rapam*, *Mya-  
grum* &c. ferunt.

§. IV. *POMONA* varias alit arbores, Fructi-  
bus homini esculentis conspicuas. Tales sunt Ar-  
bores *Pomiferæ*, *Drupiferæ* aut *Bacciferæ*, ut *Pyrus*,  
*Prunus*, *Ribesia*. Huc spectant Horti unam fere Ar-  
borum speciem continentes, ut *Palmeta*, *Oliveta*,  
*Vineta* &c.

§. V. *HESPERIDES* sunt Horti, qui arboribus  
constant Semperviventibus, quæ viriditate perpetua  
dominos suos delectant, quales plerumque sunt *Ci-  
tri* sive *Aurantia*, *Lauri*, *Laurocerasi*, *Tini*, *Neria* &c.

§. VI. *TANTALI* nomine veniunt Horti am-  
bulacris & sepibus, artificiose in speciem murorum,  
pyramidumve, fornicum seu angiportuum, forma-  
tis, qui possessores quidem suos grato conspectu  
oblectant, sed non locupletant.

§. VII. *ADONIS* vocatur Hortus, qui in ter-  
ris frigidioribus, intra parietes & fenestras vitreas,  
calore artificiali, varias fovet plantas extraneas, e  
calidioribus terris adductas, quæ regiones gelidas  
per-



perferre nequeunt, sed hic, velut æstate perpetua, vel climate indico, gaudent.

§. VIII. *HORTI SEMIRAMIDES* seu Horti pensiles, ubi vegetabilia in urnis collocantur ad parietes, vel in ipsis tectis, ut Horti florentis faciem, jucundo spectaculo, domus referat.

§. IX. *MACELLA* vocantur Horti, ubi Olea, culinis intervitura, coluntur, ut *Brassica*, *Daucus*, *Sisarum*, *Lactuca*, *Spinacia*, Plantæ Altiles, ut *Asparagus*, *Cynara*, *Melones*, *Cucumeres*. &c.

§. X. *ANTHOPHYLACIA* seu Horti floribus speciosis ornati, qui, renovata quotidie florum varietate, spectantium blandiuntur oculis. Ejusmodi, sunt *Tulipæ*, *Fritillariæ*, *Amaryllides*, *Lilia*, aliæque bubosæ, vel etjam *Primulæ*, *Delphinia*, *Pæonia*, aliæque perennes; aut etjam *Tagetes*, *Dianthi*, *Calendulæ*, *Nigellæ* & aliæ plantæ annuæ.

§. XI. *PARADISI* vocari solent Horti, in quibus varii generis coluntur plantæ exoticæ, quotquot scilicet undique conquiri possunt, ut plerasque Plantas simul, velut in compendium redactas, videre, & unam cum altera conferre liceat. Ejusmodi Horti, nostro ævo, ad præstantissimas Academias sunt instructi, ut plura simul vegetabilia videre queat studiosa Juventus, quam antea multi, qui totam ætatem, operamque omnem, Botanica addiscendæ impenderunt. Ejusmodi *Hortus*, qui vulgo dicitur *Academicus*, vel *Botanicus*, plurimum artis requirit, cum tot tamque varia vegetabilia hic servari debeant, & *Horticultura* hic in



stituenda, theoriam & praxin supponit vastissimam, quippe quæ singulorum, quos supra resensuimus Hortorum culturam involvit, siquidem omnibus numeris absoluta censenda est. Itaque in hac exponenda mea jam qualiscunque versabitur opera.

§. XII. *LIBROS* quidem de *HORTICULTURA* plurimos prodiisse fatemur, ut iis vel enumerandis volumen vix sufficeret. Editi autem sunt variis lingvis Europæis, diversisque regionibus adcommodati. Ex his, quidam plantas tantum tractant oleraceas; esculentas & culinares dictas (7), quidam tantum arbores fructu grato fœtas (2); alii *Hesperides* (3) tantum & flores amabiles (8); adeo ut, in tanta copia & varietate librorum, qui ad horticulturam pertinent, eos desideremus, qui tractent *Hortos Academicos* seu curam generalem omnium Plantarum.

§. XIII. Plerique Hortulani, qui sua nobis scripta reliquerunt, rudes fuere atque indocti, & ideo partim observationes suas speciales, partim circa cognitionem Empiricam hæserunt, & plerumque alii, sæpe non experti, aliorum vestigia preserunt, inclarescendi magis, quam publicæ inserviendi studio, ducti. Nonnulli secuti sunt aliarum regionum indolem, & quæ illis convenire inepte ad suam regionem traduxerunt, unde quam scèpissime aliena prorsus congesserunt. Hinc factum est, ut scientia hæc utilissima atque jucundissima omnium Barbarie adhuc laboret, quasi farrago opinionum esset, quæ incertis nitatur experimentis firmisque fundamentis destituatur.

§ XIV.



§. XIV. Celebris ille Hortulanus PHILIP-  
PUS MILLER in horto Chelseiano, juxta Londinum  
Anglorum, edidit quidem Horticulturam, quæ ho-  
die, qua rationem proponendi culturam plantarum  
exoticarum, censetur optima; unde etiam ex Angli-  
ca in Gallicam, Germanicam, aliasque lingvas est  
translata. Plurimas ille plantas externas sigillatim e-  
numerat, & docet quomodo unaquæque curari de-  
beat. Pulcrum hoc sane opus omnique laude di-  
gnum est ob peculiare quasdam observationes, sed  
istas equidem hoc tempore missas facio. Nam si  
cultura herbarum singularum hoc modo describere-  
tur, opus in tot volumina excreveret, ut perlegi  
vix unquam posset.

§. XV. Horticulturam eo plus curæ & circum-  
spectiōis postulare, quo frigidius clima fuerit, ubi  
instituitur, manifestum est. Hinc in terris Europæ  
Australioribus & calidioribus hortos instruere tam  
facile est, quam idem in Borealibus & frigidis diffi-  
cile. Qui igitur hanc artem rite cupit addiscere, in  
terris frigidioribus Horticulturæ studeat, necessum  
est. Ut vero Horticulturæ inter scientias nobiles  
suis relinquatur locus, firmis utique principiis &  
fundamentis est superstruenda. Fundamentum au-  
tem desumendum est a scientia Botanica, quæ cum  
Horticultura arctissime connexa est, cum utraque  
versetur circa plantas, tanquam commune obje-  
ctum. Auctores, quot in hoc argumento invenire  
potui, sedulo evolvi, ut in aliquo saltem illorum  
prima quasi vestigia reperirem, quæ ducerent ad-  
certa



certa ejusmodi, de quibus loquimur, principia. Nihil autem penes hos omnes deprehendi, quod in hac re ului mihi foret, præter unicam illam observationem, Actis Reg. Academiae Scientiarum 1739. a N. D. Præside insertam. Et cum hæc dubio procul suppeditet præstantissimum simul ac solidissimum principium, Specimine id Academico paullo copiosius explanare constitui, quam in brevi illa observatione explicari potuit.

## CAPUT SECUNDUM.

§. XVI. **H**orticultura, non est nisi naturæ imitatrix in vegetabilibus producendis. Huic igitur negotio aptissimus est, qui optime perspexit naturam vegetabilium, modumque, quo sponte procreentur, educuntur & maturescant, intelligit. Vegetabilia in genere contemplantes observamus eorundem diversa esse loca natalia: nam in calidis alia, alia in frigidis progignuntur terris, & utrobique omnia juxta se invicem non crescunt, sed unumquodque aptissimum sibi deligit situm. Differunt igitur plantæ ratione Cœli & Soli. Itaque, quo feliciter quis vegetabilia colat, ante omnia scire debet, quid intelligatur per Cœlum & Solum, cum diversis eorum divisionibus, secundum observationes a Botanicis circa solum herbarum collectas. Plerique, qui recentiori ætate herbas adcuratissime descripserunt in Floris suis, Locum præsertim & Solum,



Solum, ubi reperiuntur, determinarunt. Præcipue autem hoc observatum invenio a N. D. Præside in Horto Cliffordiano, Upsaliensi &, quæ instar omnium sunt, in Speciebus Plantarum. Itaque, quam primum paulisper progressus es, & quam culturæ rationem postulet quævis planta pervidisti, firmam experire thesin, quæ hic adsumitur, *Vegetabilia scilicet, quæ sub eodem Cælo & in eodem SOLO reperiuntur, eadem ratione coli posse.*

§. XVII. *COELUM* dispescitur in plagas, quæ climata dici solent, ratione plantarum sequentia (18-25).

§. XVIII. *INDICUM*, inter tropicos Asiæ, Americæ & Africæ est. Nulla sub hoc climate hiems est, neque tantum unquam hic frigoris dominatur, ut aquam congelari contingat, vel halitus oris in vapores oculis manifestos condensari videatur; Hic plantæ bis plerumque quotannis florent, & compluribus in locis interdum dimidio anno pluit; in hortis nostris videmus plantas hujus climatis vere & autumnno magis vegetas, media autem æstate & hieme languescere & quasi feriari, licet folia non dimittant.

§. XIX. *ÆGYPTIACUM*, quod a proxime superiori ipsa discriminavit natura, cum æstu vehementissimo squaleat, adeo ut ova Struthionum in arena deposita excludi possint, & homines sub meridiem humum retorridam pedibus attingere nullo modo sustineant. Hanc plagam nulla per anni dimidium pluvia humectat, idcirco pleraque hic arbores,



borea, radices bulbosas nactæ sunt, quo diutius sine aqua vivere possint.

§. XX. *AUSTRALE* ab Æthiopia usque ad Caput Bonæ Spei sese extendit, atque læta æstate gaudet, quando nos dira hiems vexat; Plantæ hujus climatis, dum apud nos coluntur, non facile a conveto florescendi tempore recedunt; Flores enim circa solstitium hybernū plerumque emittunt. Ceterum, nec hiemes nostras, nec æstates Indicas ferunt, sed aëre admodum temperato, inter gradum scilicet caloris 12:mum ad gradum 18:vum, delectantur. Americæ australis plantæ, *Peruvianæ* & *Brasilienfes*, cum plantis *Capitis Bonæ Spei* simul plerumque haberi atque educari possunt.

§. XXI. *MEDITERRANEUM* continet vegetabilia Europæ meridionalis: *Hungariæ*, *Galliæ Narbonensis*, *Hispaniæ*, *Lusitaniæ*, *Italiæ*, *Archipelagi*, *Mediæ*, *Armeniæ*. Buxbaum. Cent. 2. p. 25 observavit *Mediæ* deserta easdem ac *Hispaniæ* desertis, *Armeniam* easdem ac *Georgiam* & *Italiam* alere plantas, immo etiam *Byzantium* proferre plerasque plantas *Montpelienses* & *Pannonicas*.

§. XXII. *BOREALE* continet Europam Septentrionalem a Lapponia ad Lutetias Parisiorum, ut *Sveciam*, *Russiam*, *Poloniam*, *Rorussiam*, *Germaniam*, *Helvetiam*, *Daniam*, *Belgium*, *Angliam*, *Flandriam*, &c. quarum plerumque Plantæ in nostris hortis absque cura bene valent.

§. XXIII. *ORIENTALE* complectitur Asiam Septentrionalem: *Sibiriam*, *Tatariam* & , qua par-  
item,



tem, *Syriam*, plantasque profert majori ex parte Vernales.

§. XXIV. *OCCIDENTALE* comprehendit *Americam* Septentrionalem, *Canadam*, *Philadelphiam*, *Virginiam*, *Carolinam*, quarum herbæ in nostris hortis mensibus Octobri & Novembri florere incipiunt, & cum serotinæ & autumnales sint, vix apud nos fructum ferunt.

§. XXV. *ALPINUM* comprehendit Alpes omnes totius orbis, nive per æstatem passim tectas, in quibus hyemem longissimam æstas brevissima absque vere & autumno excipit, in quibus plantæ brevi enascuntur, florent, fructumque maturant infixæ terræ duriori, apricæ, & grassiori humo adpersæ.

§. XXVI. *SOLUM* stationes plantarum completur in Dissertatione D. Hedenberg nuper expositas. Duo autem hic observanda, *TERRA* nempe & *LOCUS*.

§. XXVII. *TERRÆ* sunt *Arena*, *Argilla*, *Humus*, *Creta*, ad *Ochram* enim in Horticultura non attenditur, cum vix ullam plantam proferat. Terrarum vero enumeratarum variæ sunt mixturæ. Quam sollicitè herba quælibet propriam requirat terram vidimus proxime præterlapso anno in Horto Academico: *Cardamine* enim *Lunaria*, Spec. plant. 656. N. 15. in urna plantata, nulla ratione, omni licet adhibita cura, adigi potuit, ut vigeret. Sed simul ac a N. D. Præside *Argilla nilotica*, *Mus. Tess. pag. 100. N. 5*, in pulverem redacta, urnæ inspergebatur & aqua statim irrigabatur; intra paucos  
B  
dies,



dies, novam velut adepta vitam, floruit fructum-  
que tulit.

§. XXVIII. ARENÆ multæ sunt species; hic  
vero maxime respicimus ad α) *Arenam mobilem*, *Syst. Nat.*  
p. 208, N. 2. 3. 4., in quæ certæ aluntur plantæ, ut  
*Spartium scoparium*, *Elymus arenarius*, *Carex arena-*  
*ria*, *Dianthus arenarius*, *Gnaphalium arenarium*, quæ  
sine hac arena vix proficiunt.

β) *Arena farinacea*, *Syst. Nat.* pag. 208. N. 1. paucas  
nutrit plantas, quæ non etiam alia in terra crescunt,  
ut inprimis *Iberis nudicaulis*, *Anemone vernalis*; hanc ergo arenam sicco pede prætereo.

γ) *Arena heterogenea* seu *Sabulum*, *Syst. Nat.* p.  
208. N. 7. ab aliis arenis, qua effectum, differt. Ubi  
enim cum alia terra miscetur eam compingit atque  
duriorē reddit, in qua variæ vigent plantæ terram  
molliorem spernentes, ut *Verbascum Thapsus*, *Ane-*  
*mone Pulsatilla*, *Arabis thaliana*, *Gnaphalium dioicum*,  
*Cistus Helianthemum*, *Thymus Serpyllum*.

§. XXIX. ARGILLA suas sæpe habet herbas in  
alia terra vix crescentes, inter quas sunt, *Potentilla*  
*reptans*, *Thlaspi arvense*, *Tussilago Farfara*, *Anthyllis*  
*Vulneraria*, *Salvia glutinosa*. Argillæ duæ sunt spe-  
cies maxime notabiles; nimirum *Argilla cerulescens*,  
quæ quandiu humet, tenax est, sicca vero dura e-  
vadit; & *Argilla calcarea*, quæ humida tota dissolvi-  
tur, siccata vero friabilis est, & fatiscit. Hæc, ut-  
pote Creta vel Calce mixta, acescentiam a quavis  
terra arcet.

§. XXX. CRETA inter terras maxime sicca;  
con-



continet herbas aliquot alibi vix conspiciendas; ut *Hedysarum Onobrychyn*, *Hippocrepin comosam*, *Resedam luteam*, *Trifolium scabrum*.

§. XXXI. *HUMUS* communissimum plantarum est pabulum, quæ, dum admodum subtilis est, pleraque vegetabilia nutrit. Stercoratio igitur ope hujus terræ peragitur, cum finus resolvatur in humum subtilissimam, quæ tot nutrit ac saginat herbas.

§. XXXII. *LOCUS*, qui pars est *SOLI*, aërem & aquam respicit, plantasque in *Aquaticas* (33-39), *Umbrosas* (40), *Campestres* (41-45), *Montanas* (46), & *Parasiticas* (47) dispescit.

§. XXXIII. *MARINÆ*, quæ crescunt in aqua salsa, & sine radice; hæ ut plurimum per poros sub aqua nutriuntur, nec punctum congelationis ferunt, uti *Fuci*, *Vlvæ*.

§. XXXIV. *MARITIMÆ* in litoribus maris proveniunt, ubi multis expositæ sunt ventis: Harum quidem radices aquam non moleste ferunt, ast, possunt tamen hac, sine detrimento, carere. Salsa ipsis aqua est optima, quam aliæ fere respuunt.

§. XXXV. *LACUSTRES* perpetuo radicem sub aqua recondere volunt, nec facile punctum congelationis tolerant. Aquam etiam altius exurgentem poscunt.

§. XXXVI. *PALUSTRES* in humida quidem, sed molli tamen & grossiori terra habitant.

§. XXXVII. *INUNDATÆ* radices suas aqua per hiemem tegi gestiunt; sed quæ æstiva evaporatione evanescat.



§. XXXVIII. *ULIGINOSÆ* acidam & sterilem poscunt terram sine humo subtili.

§. XXXIX. *CESPITOSÆ* terram requirunt acidam dictam, levi musco tectam, ex radiculis contextam, atque hæ verno tempore tarde renascuntur.

§. XL. *UMBROSÆ* terram levem in tranquillo sub umbra arborum incolunt, camposque apertos fugiunt & primo vere florescunt.

§. XLI. *CAMPESTRES* sunt variæ, quæ silvarum umbram non sustinent, sed libera & aperta aura libenter vescuntur ut (42. 43. 44. 45.)

§. XLII. *ARVENSES* optime inter segetes in terra pingvi & sulcata crescunt.

§. XLIII. *CULTÆ* pingvissimam terram & maxime friabilem postulant.

§. XLIV. *RUDERALES* crescunt ad villas, parietes, & agros, ubi pecudes stercorem terram, quam tamen desiderant duram densamque.

§. XLV. *PRATENSES* diligunt prata & quidem herbas confertim crescentes, rore humectari optant.

§. XLVI. *MONTANÆ* elevatum, aridum & firmum poscunt solum.

α) *Glabretosæ*, quæ in clivis crescunt durioribus.

β) *Collinæ*, quæ ad latera collium vigent, ubi pluvia minime stagnat.

γ) *Rupestres*, in rimis montium, radicibus arcte compressis, habitant, ne acidum admittant; aqua hæ pariori contentæ sunt.

§. XLVII.



§. XLVII. *PARASITICÆ* non in terra, sed i naliis arboribus & plantis sedem eligunt atque ab his alimenta hauriunt.

## CAPUT TERTIUM.

§. XLVIII. **N**atalia Plantarum, quæ descripsimus, Hortulano scitu sunt necessaria, ut in Horto eadem imitari possit, nam ceteroquin finem sibi præfixum feliciter obtinere nequit. Hortum igitur ita instruat, ut omnia hæc requisita præstare valeat.

§. XLIX Itaque preparando horto eligendus est locus versus septentrionem elevatus, &, si fieri nos-  
sit, montosus, soli meridiano expositus, ad paludem, lacum, flumen, vel saltem cisternam, declivis. Latus cingi debet porticibus ex proceris atque patulis arboribus, quæ consione reddantur densiores, ut sub illis umbram habeant plantæ umbrosæ sufficientem. Intra eas serie continua plantari debent frutices, instar lepis, quarum latera concinne tondenda sunt, ut densentur ramuli, superne vero in varias formas operatopiarum fingendæ, quo ornamentum scilicet & decorem Horto concilient. Sed insuper hi frutices præstant, ventorum arcendo vehementiam, ut herbæ non quassentur nimis. In medio autem Horti campus debet esse apertus, plantis campestribus aptus.

§. L. Horto sic instructo plantisque Borealibus, Orientalibus, Occidentalibus & Mediterraneis accommodato, arte obtinendum est id, quod natura sponte non porrigit. Necessaria igitur conquirat subsidia, sine quibus herbæ quædam in climate communi non vigent.

§. LI.



§. LI. *FIMUS* in acervum congerendus est, ut per annos aliquot ibi putrescat, sic enim plantis multa stercoreatione egentibus, alimentum efficitur delicatissimum, inprimis vero herbis parvulis, quæ e femine producuntur.

§. LII. *ARENA MOBILIS* terræ nimis tenaci admiscenda, ut consistentiam aliqualem habeat, sine tenacitate tamen. (28. a)

§. LIII. *SABULUM* sistendum vegetabilibus, quæ firmum amant solum & per hiemem servabuntur, nam sine hoc facile putrescunt. (28. γ)

§. LIV. *ARGILLA*, si aliquantulum humi ei admixtum fuerit, humores diutius retinet, ne aqua tam cito dissipetur. (29.)

§. LV. *CRETA*, si copia ejus sufficiens haberi potest, vel saltem Argilla calcarea, adhiberi debet ad illas plantas, quæ ne minimum quidem acidi ferre possunt. (30.)

§. LVI. *HUMUS* e trabibus putrefactis, maxime e Quercu, Salice & Fago, utilis est Hortulano, siquidem bulbos plantare vitum fuerit. Hos enim arenæ infertos ejusmodi terra tegere conducit.

§. LVII. *AQUA* ad rigandum quærenda, quæ sit salubris, quamobrem adhibenda, quæ viva dicitur. *Fontana* enim plerisque plantis nimis est frigida. *Putealis* durior. *Aqua stagnans* putredine terram inficit, quam, præter palustres & uliginosas, aliæ herbæ non ferunt. Ex lacubus vero & fluviis desumitur optima.

§. LVIII. *SAL* plantis maritimis (34.) aptum, sine quo marcescunt. Pro



Pro plantis marinis (33) Amstelædamentes trabes, ad modum linternæ, excavant, quibus aqua bene salsa impletis plantas commissas alere student, sed frustra-  
to sæpius cum successu.

§. LIX. Plantis autem Calidis *HYBERNACULA* adsignanda sunt, quæ æstivo tempore calorem augeant radiis solaribus per fenestras declinatas congregatis, hieme vero frigus arceant fornicibus, defectum caloris solaris compensantibus. Hæc autem plantarum Hybernacula in tria saltem conclavia dividi debent, in *Caldarium* scilicet, *Tepidarium* & *Frigidarium*.

§. LX. *CALDARIUM* contineat plantas *Indicas* (18) & *Ægypticas* (19), hujus calor nunquam eum gradum caloris superet, quo aves ova sua excludunt, nec infra quartum aut quintum gradum caloris descendat, adeo ut halitus cerni possit. Sic autem moderandus est calor, ut tepescat tantum hiberno tempore, & quando tempestas est nubila, ne vegetabilia turiones emit-  
tant; Jove autem sereno augeatur calor.

§. LXI. *TEPIDARIUM* hieme nec infra tertium gradum caloris refrigeretur, nec supra 12:imum caloris incalescat, ne herbæ nimis crescant. Æstate vero fenestræ aperiantur, aut plantæ exponantur & ante parietes collocentur, ut calore solari satis fruantur. Hoc conservat plantas *Succulentas* & *Australes*. (20)

§. LXII. *FRIGIDARIUM*, in quo non sinendum est, ut hieme frigus infra punctum congelationis increlcat, nec supra 6:tum gradum calor, ne vegetabilia sine motione aëris, unde teneræ & debiles evaderent,



rent, augmentum capiant. Hybernaculum hoc servat *Hesperides* (5) & plantas *mediterraneas* (21), quæ hiemes nostras sub divo non ferent.

Præter hæc *Vaporaria* institui debent, in quibus fimus equinus, vel si mavis, Cortices Coriariorum compinguntur, parum refert utrumvis eligatur, modo materia sit ad calorem concipiendum idonea. In his vaporariis, tamquam in ventre equino, collocantur tenellæ plantæ vel semina plantarum *Indicarum*, quæ multum caloris poscunt, in urnis quælibet suis; est vero horum superficies Arena bene undique operiendâ, ne calor dissipetur; ipsum autem vaporarium fenestris tegendum. Hic amcenissimo spectaculo semina, velut ova sub gallina, excluduntur, & parvulæ plantæ, sicut pulli sub alis matris, refocillantur. Cavendum hic ne æstus calorem Gallinæ incubantis superet, nec sol meridianus plantas tenellas exurat. Priori in casu urna est loco elevanda & fenestræ paululum aperiendæ, in posteriori autem fenestræ velo vel stragulo circa meridiem, quando æstus accenditur, obducendæ.

§. LXIII. Sub Dio persistant plantæ *Boreales* (22) & *Orientales* (23) quæ absque cura humana ferunt clima, nec non *Occidentales* (24) *Alpinæ* (25) & partem *Mediterraneæ*, quænam tamen radices obtegendæ, ne vehementius gelu eas adurat.

§. LXIV. *Mediterranearum* (21) & *Occidentalium* (24) plantarum, quæ hiemis nostræ sævitiam non facile tolerant, radices hiberno tempore, mulco, frondibus Abietis, vel quod melius est, foliis quarumlibet arborum deciduis tegantur, ne bruma illis noceat.

§ LXV.



§. LXV. *Alpine* (25) Plantæ, quando ver ingruit, tegantur nive copiosa & frondibus pini superimpositis, ut nix quam diutissime super illis retineatur, saltem donec, vernali tempore, prætereant omnes noctes gelidæ.

Ubi semina germinarunt & herbæ longitudinem digiti attigerunt *transplantari* debent, ut alimentum sufficiens habeant atque spatium in quo libere crescant.

§. LXVI. Plantæ *Succulentæ* Montanæ & Rupestres sunt, ubi terra siccissima est, cum ibi aqua retineri non possit. Plantari igitur debent in urnis minoribus & parce admodum rigari, aqua enim nimia adfusa putrescunt & moriuntur. Ideirco videntur hæ, per totum sæpe annum, abscissæ; vel sub tecto suspensæ.

§. LXVII. Curandum quoque ut plantæ diætā servant accuratam. Plantæ, quibus parum datur alimenti, parvæ fiunt & macilentæ, sed illarum, quæ nimium accipiunt, folia quidem luxuriant, florent vero parcius, fructumque raro maturant.

§. LXVIII. Plantæ, quarum radices vel late se extendunt, vel etiam multum serpunt, florent parcius, si terram sufficientem & commodam inveniant, si vero angustiis premantur, citius fructum producant, uti *Vinca*.

§. LXIX. Vegetabilia in urna nimis angusta pusilla fiunt, nec naturalem servant faciem & structuram.

Consumpta in urnis per radices subtilissima humo plantæ vix crescant, nisi in aliam terram fuerint transplantatæ.



§. LXX. Quando sudat extus urna, & mucorem contrahit, indicium est terræ acescentis, morbumque plantæ imminere, quæ tamen, si mature translata fuerit in terram salubrem, ab imminenti fato eripitur.

§. LXXI. Urnæ rigari debent secundum naturam plantarum, quæ vel magis vel minus sitiunt. Nam a nimia humectatione acidum, a defectu vero marasmus existit. Quod, si quis urnam averso digito pullat statim patescit; utrum aqua indigeat, clangor enim sitim prodit; potæ enim silent.

§. LXXII. Fundus urnæ perforatus sit, ne aqua ibi collecta stagnet & corrumpatur, nisi plantam contineat inundatam (37).

§. LXXIII. Inter rigandum aqua prope ad caulem plantæ, ceu ad ipsum vitæ primordium, adfundendi non debet, sed circumcirca, ita tamen, ut terra etjam cauli proxima humectetur, quod in majoribus vasis terebra experiri licet; plantæ vero minime perfundantur imbre artificiali, ne humus a radicibus abluatur.

§. LXXIV. Commutatio aëris & lux diurna tam necessaria vegetabilibus sunt, quam ipsum alimentum. Si enim plantæ loco angusto & clauso servantur, altiores quidem, sed imbecillæ & graciles fiunt, sed in aëre libero, soli & ventis expositæ, virent, firmanentur, & dilatantur, quamvis humiliores existant. Quæ in umbra invitæ collocantur pallidiores fiunt, quemadmodum videre licet in iis, quæ in cellis & hypogeis servantur: harum enim

folia



folia albescent, insipida evadunt, inodora & tenera. Hinc olera, ut *Cichorium*, *Leontodon*, *Cynara* humo obruuntur, & *Asparagorum* radices profundius demerguntur, ut longiores emittant turiones, easque albas & molles.

§. LXXV. Si plantæ hieme in calore diutino, sine utura solis & aëris servantur, uti quando valvæ hybernaculi ob nivem diu cadentem occlusæ sunt; folia dimittunt. Omnes enim plantæ foliis ornatae poscunt saltem lucem irrudentem, unde interiores in hybernaculo recessus pleræque aspernantur, exceptis illis, quæ succulentæ sunt, & foliis destituuntur, quæ radiis etiam luminis oblique incidentibus quadantenus contentæ sunt.

§. LXXVI. Plantæ nimio frigori expositæ contrahunt foliorum extrema & ad caulem deflectunt, sic *Ocymi fruticosi* folia in solo frigidiori redduntur convexa, margine angustiore, & reflexa ad caulem. *Euphorbia Latyrus*, & *Asclepias curassavica* hieme & autumno deflectunt folia ad caulem & eum quasi operiunt. Illarum contra, quæ calore nimio laborant, folia evadunt molliora & remissa vel languida.

§. LXXVII. Plantæ ædibus inclusæ, adeoque atmosphæræ mutatione & ventorum adflatu destitutæ, languescunt, phthiriasi laborant, hoc est ab Aphidibus sive Coccis adfliguntur, & marcant penitus. Sed remedio ipsis est, si æstate aëri, soli, flatibus, pluviis & refrigerio exponantur.

§. LXXVIII. Plantæ, aut flore pleno aut foliis



hiis Crispis luxuriantes terram requirunt subactam & sedem a ventorum violentia remotam.

§. LXXIX. Semina hiberno & æstivo tempore tamquam ova servari debent, ne vel gelu corumpantur vel calore exsiccentur & ranceant.

§. LXXX. Serantur redeunte sole, cum terra turget & ad procreationem est aptissima, idque ante initium mensis Maji; semina terræ mandata cooperiantur humo teneriori ad eminentiam pollicis, duriora vero semina antea aqua macerentur per aliquot dies, vel etiam autumnò terræ committantur. Ubi semina germinarunt, studiose videndum, ne inter has infelix lolium & steriles dominantur avenæ, quæ teneras & imbecillas cito suffocarent.

§. LXXXII. Aëris quævis injuriæ prudenter cavendæ sunt; hinc delicatiores, campana vitrea, umbrosæ olla undique disiecta incarcerationandæ sunt.

§. LXXXIII. *HORTULANUS* hoc sibi datum putet negotii.

1. Ut terram *fodiendo, paslinando, stercorando*, ad recipienda semina satis præparet.

2. Semina justo tempore & in solo quævis suo & loco convenienti spergat; iterumque autumnò nova legat, antequam gelu ea adurat.

3. Herbas & Hortum a plantis spuriiis, quæ sponte provenire solent, purget.

4. Plantationem secundum indolem cujusvis herbæ instituat.

5. Vegetabilia *submersione, ablactatione, delibratione, insitione, circumpositione, separatione*, propaget.

6. *Ad*



6. *Adminiculis* herbas scandentes erigat, debiles fulciat, luxurientes putet.

7. *Irriget* justo tempore, non circa vesperam ubi gelidæ metuuntur noctes; nec statim post transplantationem, aut media die.

Circa 16 augusti ad ejusdem finem, ne noctes ferreæ dictæ gelu adurant plantas teneriores, sub dio nascentes, antequam semina maturuerint, sedulo prospiciat, & cessante vento tegat.

8. *Vaporaria* nova instruat, quæ calorem supeditent veteribus jam frigescentibus.

9. *Fenestris* meridie apertis calorem dissipari sinat, qui intensus læderet plantas; claudat vero easdem vesperi, ne frigus itidem obsit.

10. Hortum etjam ornare sciat arcis pulcre ordinatis atque in agellos æquatos divisis, Buxoque marginatis, nec non densis sepibus varia arte topiaria circumtonsis. Vias quoque latiores, planas & arena contactas paret, & ambulacra instructa servet æqualia & pura. Autumno semina, ubi maturuerunt, colligat, antequam frigore adurantur.

§. LXXXIV. INSTRUMENTA maxime necessaria sunt.

*Campana solaris* (Glasflocka) | *Carrus* (Skottliårta) | *Crates arundinaceæ* (Mattor) | *Culter* (Knif) | *Forfex* (Sax) | *Guturnium* (Wattufanna) | *Harpax* (Apelplåckare) | *Ligo* (Spade) | *Olla umbratilis* (Stygglåcka) | *Rastrum* (Råssa) | *Rutum* (Råsa) | *Sarculum* (Hacka) | *Scala* (Stega) | *Tribulus* (Gotangel) | *Tridens* (Grep) | *Trulla* (Keller) | *Vectis* (järnstör) | *Vehiculum* (Bår) | &c.



## Till Herr AUCTION.

När Swensker *Flora* fordom dag  
Bar endast hemgjord flöjja,  
Då fatt des klådnad nog i lag;  
Nu will hon sig upphöjja.  
Hon prunkar uti utländsk drägt;  
Till trots för gamla *Atles* flägt,  
Hon smak i utländskt äger.  
Dock därför hon ej fjälla är,  
Som *Contraband* förskrifwer;  
Hon Lurendråga ei begär;  
Hon wid Naturen blifwer.  
Hon önskar alla ämnen få,  
Hwar af des prydnad ökas må;  
Hon hwart mot annat väger.  
Hwad konst till sådant fordras kan,  
Är just det som J wisen,  
Min wän då J här gifwen an,  
Och *Floras* skatter prisen.  
Ert arbet oss än mera spår,  
När J fån uti flera år  
Naturen genom wandra,  
Jag önskar eder lycka till,  
Att långt på vägen hinna;  
Om målet aldrig fara will,  
Och den belöning winna,  
Som swara kan emot Er dygd,  
Och ge Er skål i årans skygd  
På lyckan aldrig klandra.

ANDREAS JANSSON  
GOTHOB.



## *Monsieur.*

**D**abord après la creation Dieu voulant fixer à l'homme un séjour, qui répondit au reste des excellens avantages de son premier état, lui donna pour demeure le jardin d'Eden, dont le nom même marque un lieu délicieux. C'étoit là, où il avoit en abondance tout ce qu'il pouvoit desirer, pour la satisfaction des sens extérieurs. Il est aisé de croire, que si l'homme n'avoit point abusé de son bonheur, il auroit borné son appetit aux alimens simples, tels que sont les fruits & les legumes que fournit la terre, selon que les Poëtes nous depeignent le premier age, sans connoître cette grande diversité de mets & cette délicatesse pernicieuse, que nous ne connoissons que trop à présent. Peut-etre le soin des plantes & même du jardinage, auroit-il aussi fait l'objet de son amusement. Mais sans me rapporter aux tems les plus reculés & aux questions problematiques qui en resulteroient, il suffit de dire, que les arbres & toutes sortes de vegetaux, qui tirent leur nourriture & leur accroissement de la terre par le moyen des racines, nous ont été accordées par la bonté du Toutpuissant, pour en examiner les vertus & les forces, & pour nous en servir aux differens besoins, aux quels on les trouve propres. Je passe sous silence les douces & agreables odeurs, que jettent les fleurs. Les plantes de quel usage ne sont-elles pas parmi les alimens, tant à l'égard de leur diversité entre elles, que par rapport à leurs diverses parties; les unes nous fournissent leur fruit, les autres leurs racines, les autres leurs fleurs, les autres leurs semences, d'autres enfin leurs feuilles? Les simples de quelle necessité ne sont-elles pas pour conserver la santé & pour guerir les maladies? Enfin chaque país produisant de certaines plantes, qui naturellement ne se trouvent point ailleurs, on a pourtant  
moyen



moyen de les transporter aux contrées écartées de celle de leur naissance, & de les conserver dans certains lieux ordinairement fermés de murailles ou de hayes tant à cause d'une culture plus exacte, que demandent la plus part des plantes étrangères, que pour être mieux à l'abri des injures du tems. Sans parler des orangeries, voila d'où dépend sans doute en partie la nécessité des jardins, sans lesquels on se seroit privé de beaucoup de choses, qui sont les delices des yeux, de l'odorat & du gout, faute desquels la Botanique même languiroit, du moins à l'égard des plantes des pays étrangers. C'est à cette noble science que Vous Vous etes addonné, Monsieur, avec l'application, que demande non seulement l'excellence de ce genre d'étude, mais encore l'occasion de profiter des leçons de celui, qui outre le reste de ses brillans merites est reconnu de tout le Monde pour le plus grand de tous les Botanistes, qu'il y ait eu, & apparemment aussi de ceux qu'il y aura à l'avenir. Vous avez donc choisi une matiere digne de Vous & de l'approbation du public, en montrant dans la savante Dissertation, qui va paroître au jour, comment on doit bien cultiver & embellir un jardin. Je Vous en felicite de tout mon coeur, Vous priant de me continuer Votre amitié, & d'être persuadé, que je serai avec toute la consideration, que je Vous dois,

*Monsieur.*

Votre très humble & très  
obéissant serviteur

MAGNUS BROMARK. STOCKH.

*Min Herre!*

Att J, Min Herre, tagit ungdomstiden i agt, visar nog samt Edart vackra Arbete. Jag, som har åran råknas bland Edra vänner, kan ei annat, än vid närvarande tillfälle betyga min hjerteliga fågnad, och tillika önska, thet Min Herre med tiden måtte vinna the belöningar, som dess vittra framsteg i Bokvett förtiena. Förblifver

*Min Herres*

Upriktigē Tjenare  
GUSTAV BROGREN.



D. D.

# HERBARIUM AMBOINENSE,

QUOD

CONSENS. EXPERIENT. FACULT. MEDICÆ  
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

SUB PRÆSIDIO

*VIRI NOBILISSIMI ATQUE EXPERIENTISSIMI,*

## DN. DOCT. CAROLI LINNÆI,

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRI, MED. ET BOT. PROFESS.  
REG. ET ORD. ACAD. IMPER. MONSPEL. STOCKH.

UPSAL. BEROL. TOL. ET LONDIN. SOCIJ,

Nec non

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI.

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT,

ALUMNUS REGIUS

## OLAVUS STICKMAN,

SMOLANDUS.

IN AUDITORIO CAR. MAJORI D. XI. MAJI,  
ANNO MDCCLIV.

H, A. M. S.

---

UPSALIÆ, Exc. L. M. HÖJER, Reg. Acad. Typ.



*Nobilissimo DOMINO,*  
**JACOBO FRIDER. ADLERBEETH,**  
NOTARIO Summi Dicasterii Junecopent.  
Consultissimo:

*VIRO Admod. Reverendo Præclarissimoque*  
**Dn. Mag. MAGNO GISLOU,**  
PASTORI in Asenhæga & Kiellerydh, vigilantissimo.

*Spectatissimo DOMINO,*  
**MAGNO QWAST PETERSSON,**  
CIVI & MERCATORI apud Stockholm.  
prudentissimo.

*Prudentissimo DOMINO,*  
**CHRIST. QWAST PETERSSON,**  
CIVI & MERCATORI apud Holm.  
Spectatissimo:

Consanguineis necessitudinisque vinculo junctis,  
PATRONIS & FAUTORIBUS,  
nullo non tempore, suspiciendis.

**H**oc primum qualecunque Specimen Academicum, cum  
voto omnigenæ felicitatis, inque ulteriorem suam  
commendationem dicatum esse voluit, debuit,

Nobilissimi. Præclarissimi & Spectatissimorum  
NOMINUM VESTRORUM

*cultor observantissimus,*  
**OLAVUS STICKMAN.**



Dem Edlen und Hochgeachteten Herrn Apotheker  
zu Uplala,

Herrn DANIEL WILH.  
BÖTTIGER,

**D**ie sonderbare Gunst und Gewogenheit / so ich in Ew.  
Edlen geehrtem Hause unter der Zeit / daß Dero Kin-  
der meiner Aufsichtung und Handleitung anvertrauet gewesen /  
zu genießen die Ehre gehabt / bin ich um so viel mehr mit größte-  
ster Ehrerbietichkeit zu erkennen schuldig / als ich diese Dero Ge-  
neigtheit in ganze drittehalb Jahren verspüret habe: Und weil  
ich zu der Zeit vermerkte / daß Ew. Edlen ein sehr großer Liebha-  
ber der Natur-Wissenschaft war / so schmeichle ich mich auch  
mit der Hoffnung / daß diese von weit entfernten Orten gehol-  
te Kräuter um so viel mehr Ew. Edlen gefallen werden / weil  
ich in dieser meiner *Academischen Disputation* dieselben nach ih-  
rer inneren Beschaffenheit und natürlichen Lage einzutheilen und  
zu benennen mich bemühet habe. Ew. Edlen belieben deswegen  
diese meine Ernste mit eben derselben Gewogenheit aufzuneh-  
men / mit welcher Sie beständig meine Person / unter der Zeit /  
daß ich in Dero Hause zu seyn die Ehre gehabt / bewürdiget  
haben. Ich bekomme alsden Gelegenheit so wohl jetzt als im-  
mer fernerhin mein dankbares Gemüth / als ein überzeugend  
Merckmahl beydes der empfangenen Wohlthaten / und meiner  
davor schuldigen Hochachtung öffentlich an den Tag zu legen.  
Der Himmel erhalte Ew. Edlen bey langem Leben und beständi-  
gem Wohlergehen zu Dero lieben Anverwandten größter  
Freude / der Nothleidenden Hülffe / und meinem innigsten  
Vergnügen. In welchem Wunsch ich mit aller Hochachtung  
und Ehrerbietichkeit die Ehre habe zu seyn /

Edler und Hochgeachteter Herr Apotheker,  
Ew. Edlen

Demüthigster Diener /  
OLOF STICKMAN.



## Till Herr AUCTOREN.

**A**nnen, att arbeta uti, till ett Lands wäl och des Inbyggares för-  
mon, äro snart sagt, oräkneliga. Lyckelig derföre den med-  
lem uti samhället, som så wifligen lärt använda ungdoms åren, att  
han, uti de tilltagande, kan, med sitt arbete, tjäna sitt Fosterland,  
gagna sina medbröder i Allmänheten, fagna sina Wänner, och der-  
igenom förtjåna egen både heder och fördel. Att J, min Wän,  
till Allmänhetens wäl, med Edre jämnårige både uti wisdom och  
naturens känning redan begynnen wisa prof af, att kunna täfla om  
heders belöningar, är så mycket berömeligare, som J, uti späda-  
ren, fjelf måst sakna den wård, Moders ans med sig hafwer; och  
det ej allena, utan ock uti tillwäxts åren, afwen den ömhet, Eder  
egen ungdoms skjötsel äskade utaf en huld Fader.

J, som uti detta *Academiska* Arbetet sysselsatt Edert snille med  
de prägtige jordenes alsters, blomsters och örters, närmare känne-  
dom, i ordning ställande och nytta, som både pryder och gagnar  
tillika, med hwilkas ytterligare nyttos tillämpning J afwen Eder fö-  
refatt, framdeles, att tjäna Fädernes Landet, och hjälpa många  
nödlidande, wifen ock, med fast ojäfsacktiga skäl, huru långt J, uti  
denne, för Borgerliga samfundet, så oumgängelige wettenskapen,  
hunnit, då J icke allenast wetat tillfrådja Eder wettgirughet, att mät-  
ta sin lyftnad på våra inhemske blomsterfält, utan sträckt den, af-  
wen till de aflägsnaste Länders, på jordaklotet.

Arbeten då ytterligare, under den högsta Försynens biträde,  
och fullföljen denna Eder förefats, så, att fortgången och slutet  
blifwa like denne, så hederlige, som nyttige början: Då hoppas  
jag att J, innan kort, för Eder möda, winnen både den heder,  
wid de högre Läroställnen plägar utdelas, till arbetes uppmuntran och  
den belöning, som det allmänna ej kan annat, än lämna dem, som,  
med så mycken flit, göra sig skickelige till des hjälp. Hwilket ock  
kan både hugna Eder fjelf och fagna Edre Wänner, men måst mig,  
som, under tillönskan af allskjöns beständig fällhet, förblifwer

Eder

*Så upräcklige Wän,  
som närskylde Frände.*

ZACH. N. LIUNGDAHL.





D. D.

§. I.



xeunte præcedenti seculo, detectis plerisque in Europa plantis, summum fastigium attigisse, Rem Herbariam plurimis visum fuit; ac vero eo ipso tempore curiosorum industria demum *INDIAS* penetravit, quo ipso novus orbis plantarum, priori longe amplior, Bota-

nicorum imperio subiectus fuit.

Vastissimi plantarum exercitus ex dissitis hisce oris in Europam allati, constabant maximam partem plantis exsiccatis, quibus præ reliquis *Plukenetius* famam & auctoritatem, nunquam morituram, sibi comparavit.

Quum vero non facile aliis, quam rudi plebeculæ nautarum, Indias adire licuit, corralæ fuere plantæ, quæ in ora maritima sese primo intuitu sistebant, sæpe absque floribus & fructu, unde factum, ut imperfecta specimina *sicca*, absque selectu collecta, Botanicorum pomœria auxerint.

Non cuivis enim contingit adire has terras, nec omnibus volupe est longinquum iter suscipere; navigatio enim inter procellas periculosa, mutationes climatum, plurium annorum commoratio inter barbaras gentes in

A

caussa



caussa fuere, quod pauci Botanici, immo paucissimi pulcherrimos flores tanti emere voluerint. Eo itaque majori laude & honore cumulandi sunt *Peregrinatores Botanici*, qui ejusmodi pericula flocci habuere, quo nobis uberiorem reddidere rarissimarum plantarum Indicarum notitiam, dum easdem vivas, in solo natali, colligere, intueri & describere non grave duxerint; inter quos primo loco nominandi: HERMANNUS, qui *Caput bonæ spei & Zeylonam*; SLOANE, qui *Jamaicam*; BANISTER *Virginiam*; KÆMPFERUS *Japoniam*; PLUMIERUS *Galliam æquinoctialem*; RHEEDE *Malabariam*; RUMPHIUS *Amboinam*; & inter recentiores, FEVILLEUS, qui *Peruviam*; KALMIUS *Canadam*; HASSELQUIST *Palæstinam*; OSBECK *Chinam*; MYLIUS *Carolinam*; ADANSON *Africam*; LÖFLING *Americam australem*, ut reliquos taceam, adiere.

## §. II.

INDIA orientalis dividitur in Indiam veterem & aquosam.

VETUS india est vel india INTRA GANGEM: *Indostana*, vel EXTRA GANGEM ab orientali Gangis parte usque ad mare Benghalense: *Aracana, Malacca, Siana, Cambodia.*

AQUOSA india comprehendit ceteros indiæ tractus ad partem australem & orientalem Malaccæ; hæc incipit a *Sumatra* per *Javam*, insulas *Moluccas* & *Philippinas*. In extrema hac india tria sunt imperia: *AMBOINA, MALACCA, BANDA.* Plantas hujus Indiæ aquosæ Rumphius collegit, examinavit & exhibuit.

## §. III.

RUMPHIUS (Georgius Evarhardus) *Medicine Doctor, natione Hanavensis, Mercator senior & in Amboina Consul,*



*Consul*, *Naturæ curiosorum Plinius indicus*, in orbe erudito adeo celebris est, ut ejus historiam & vitam heic enarrare supervacaneum foret. Hic in Amboina vixit, ut ipse testatur, per totos quadraginta duos annos, multaque passus non modo Rei familiaris, sed ipsius sanitatis discrimina. Amisit enim hic non tantum carissimam conjugem Susannam cum duobus liberis, sub horrendo terræ motu, qui Amboinam quassabat anno 1674, die 17 Febr. stylo novo, verum etiam sub ardenti siccio, indefessus plantas inquirens, cataractam contraxit, qua reliquis viginti quinque annis, quibus dein in India vixit, oculis privatus in densissimis tenebris senectutem transigere coactus, usque dum circa annum 1706, natus 69 annos, esse desiit. Nullus indefesso magis studio atque diligentia Indiæ Gazophylacia naturæ perquisivit, cujus rei luculentissimum testimonium exstat *MUSEUM AMBOINENSE*, quod in *Conchiliorum* historia reliquis omnibus, quæ de Ost a o dermatibus prodire, longe palmam præripuit.

*Plantas* itidem Indiæ aquosæ infinita diligentia investigavit, conquirit, descripsit & delineavit, cum earum Nominibus, Locis, Ufu & Viribus, tam medicis, quam œconomicis; quæcunque de plantis audivit, vidit, aut indagavit, indefessus auctor, semper candide, modeste, nulli gravis, sincere notavit, & in *HERBARIO* suo *AMBOINENSI* exposuit.

§. IV.

*BURMANNUS* (Johannes) *Medicinæ Doctor*, in *horto Amstelodamensi Botanices Professor*, *naturæ curiosorum Socius*, Orbem Botanicum non uno documento sibi obstrictum reddidit. Hic vastissima quotidie per populosissimam urbem Amstelodamensem obritus praxi clinica, vix ullam elabi finit horulam, quin scientiam Botanices suis curis & laboribus splendide locupletet. Vir amplis-



mus ab interitu vindicavit & illustravit *Hermanni* plantas posthumas *Zeylanicas* in *MUSEO ZEYLANICO*, idem plantas rarissimas *Capitis bonæ spei* nitidissimis descriptionibus & figuris cum Rei herbariæ cultoribus communicavit, in *DECADIBUS PLANTARUM AFRICANARUM*; ille etiam *RUMPHII HERBARIUM AMBOINENSE*, in domo societatis Indiæ Orientalis Amstelodami per 30 annos alte sepultum, blattis tineisque certans investigavit, eruit, & suis observationibus & synonymis illustravit ac publice edidit, quod alioquin vix ac ne vix quidem unquam lucem adspexisset.

§. V.

Sic prodit *RUMPHII HERBARIUM AMBOINENSE* complectens plantas, quæ in Amboina & adjacentibus insulis reperiuntur, Amstelodami ab anno 1741 ad annum 1750, in folio, Latine & Belgice. Volum. VI comprehensum.

In hoc opere proposuit semper laudandus Auctor circiter mille plantas Indicas, easque Figuris 966 illustravit.

Inter has plantas, nullas observamus Europæas, sed exoticas omnes.

Ex hisce pleræque sunt *Arbores* aut *Frutices*, paucissimæ autem *Herbaceæ*, quum in India non hyemes plantas quotannis destruant, uti apud nos in Europa, ubi plures sunt herbæ quam arbores.

*Arbores* hæc facile omnes sunt *Sempervirentes*, in cunctis Indiæ locis, circa æquatorem litis, excepta *Arbore rediva* (Vol. 3. t. 104.) quæ unica, sub finem pluviosorum mensium, folia dimittit, & post mensis spatium nova regerminat fronde; quod incolis hisce, uti Europæis adfuetum, mirum videtur, arborem sine foliis vivere posse.

*Sylvæ* intertextæ sunt plurimis fruticibus scandentibus, qui arbores adscendunt, & ex arbore in arborem migrant longissimo itinere, quibus ita connectuntur summitates & paniculæ arborum, ut cæcis caudicibus, non cadant;



cadant; Sic numerosissimi *Calami* funes hamosos saepe ad longitudinem nongentorum pedum e singula sua fronde emittunt, sylvasque sic connectunt, ut plane imperviae evadant.

Hæc arborum sempervirentium concatenatio facit, ut sylvæ neque exuri, neque dissecari queant, quo campi aperiantur & Tigrides aliæque feræ expellantur, quæ incolis saepe summam cladem inferunt.

*GENERA* quam plurima in hoc opere occurrunt rarissima, hodie obscura, simulque amplissima, satis scite expressa; in

Vol. 1. *PALMARUM* historia egregia.

Vol. 2. *CANARII* species & Citri varietates.

Vol. 3. *RHIZOPHORÆ* XVI & *FICUS* XIII Species.

Vol. 4. *PANDARI* plurimi.

Vol. 5. *CALAMI* numerosi & *DIOSCOREÆ* variae.

Vol. 6. *EPIDENDRA* & *GLOBBÆ* pulcherrimæ.

Plurima in hoc opere occurrunt dignissima & vere stupenda e. gr.

*DIOSCOREÆ* (V. t. 122.) radix contortuplicata, serpenti adeo similis, ut quivis facile primo intuitu exhorresceret & extimesceret serpentem vivum.

*HERNANDIA* (II. t. 85) cujus truncus intus inhabitatur plerumque ea copia Formicarum, ut vix aliquis arborem propius accedere, multo minus eandem obtruncare audeat.

*EPIDENDRUM* (VI. p. 120.) cujus bulbus in magnitudinem rapi excrescit, ut Formicis commodam aulam & domicilium præbeat.

*SOPHORA heptaphylla* seu *Anticholerica* (IV. 22.) cujus usus specificus in Cholera, Pleuritide, Colica, Dysuria.

*SCITAMINA* quæ comprehendunt *Galangam*, *Zedoariam*, *Zingiberem*, *Zerumbet*, & affines, pulchre illustrata reperiuntur (Tom. V. to), quamvis nondum sufficienter explicata, FU.



*FUCUS natans* (VI. p. 188.) ejusque migrationes variae, ab eo tempore quo indias adire inceperint Europæi, memoria dignissimæ, ut cetera taceam.

Cum pretiosissimum opus ad oras nostras nondum pervenerat, cum D. D. Præses *Species* suas *plantarum* edidit, factum, ut hujus *Synonyma*, quæ maxime illustrarent plantas indiæ rarissimas non potuerint assumi, proinde operam meam non displicituram fore Botanicis crediderim, dum *plantas Rumphii* cum D:ni Præsidis Herbario contuli, ut *Synonyma* eruerem & connecterem. Acquiescere debui in hoc opusculo plantis evidentissimis, multasque seponere, cum Auctor non beneficio Seculi, quo vixerat, noverat partes minutissimas fructificationis describere & delineare, in quo solum cedit Horti Malabarici Auctoribus.

## TOMUS I.

### TAB.

1. 2 3. Calappa.	<i>Cocos nucifera.</i>
4. Pinanga.	<i>Areca Catechu.</i>
5. 6. 7. Pinanga <i>sylvestris.</i>	
8. Saribus.	<i>Corypha umbraculifera.</i>
9. Licuala.	
10. Lontarus <i>domestica.</i>	<i>Borassus flabellifer (a).</i>
11. Lontarus <i>sylvestris.</i>	
12. Lontarus <i>altera.</i>	
13. Saguerus.	
14. Sagvaster <i>major.</i>	<i>Caryota urens.</i>
15. Sagvaster <i>minor.</i>	
16. Nypa.	
17. Sagus (b).	
19. Sagus <i>filtaris.</i>	
20 23. Olus <i>calappoides.</i>	<i>Cycas circinalis.</i>

25. 26 Man-

(a) E lacrymis conficitur Saccharum, (b) Hæc arbor est genuina e qua Sagu esculentum conficitur teste Auctore.



- |                                    |  |
|------------------------------------|--|
| 25. 26. <i>Manga domestica.</i>    | <i>Mangifera indica.</i>   |
| 27. <i>Manga sylvestris.</i>       |  |
| 28. <i>Manga foetida.</i>          |  |
| 29. <i>Durio.</i>                  |  |
| 30. <i>Soccus arb. major.</i>      | <i>Nanca H. M. 3. t. 26.</i>                                       |
| 31. <i>Soccus arb. minor.</i>      | <i>Ansjeli H. M. 3. t. 32.</i>                                     |
| 32. <i>Soccus granosus.</i>        |  |
| 33. <i>Soccus granosus.</i>        |  |
| 34. <i>Soccus sylvestris.</i>      |  |
